ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΟΨΙΟΣ

HIPPOCRATIS
DE VISV LIBELLVS.

IN MEMORIAM

OPTIMI PATRIS

IO. FRIDER. IVGLER

augustissimo magn. Britann. Regi a consiliis quondam et in Academia equestri Luneburgensi Professoris meritissimi

SEPARATIM ET EMENDATIVS EDIDIT
NOTISQVE ET ALIORVM ET SVIS
ILLVSTRAVIT

IO. HENR. IVGLER
MED. DOCT. ET NOMIATER GIFFHORNENSIS.

HELMSTADII
[illegible] CAROLI GODOFR. FLECKEISEN.
MDCCLXXXXII.

VIRO ILLVSTRISSIMO

DOMINO

CAROLO RVDOLPHO AVGVSTO

COMITI A KIELMANNSEGGE

DYNASTAE IN COLMER ET SEESTERMVEHE

AVGVSTISSIMO

MAGNAE BRITANNIAE REGI

AC

PRINCIPI ELECTORI BRVNSVICO - LVNEBVRGICO

A CONSILIIS INTIMIS

CAMERAEQVE ELECTORALIS PRAESIDI

PATRONO ET MAECENATI

INDVLGENTISSIMO

CVM PAVCISSIMIS SOLI IAM E PRIMIS

QVONDAM PATRIS AVDITORIBVS

SVPERSTITI

NEC NON

VIRO ILLVSTRISSIMO

DOMINO

FRIDERICO

COMITI A KIELMANNSEGGE

DYNASTAE IN GVELTZAV ET COLLAV
AVGVSTISSIMI
MAGNAE BRITANNIAE REGIS
AC
PRINCIPIS ELECTORIS BRVNSVICO-LVNEBVRGICI
SVMMO PROVINCIAE LAVENBVRGICAE
PRAEFECTO

PATRONO GRATIOSISSIMO

CVM PAVCISSIMIS SOLI IAM E PRIMIS
QVONDAM PATRIS AVDITORIBVS
SVPERSTITI

DOMINIS

AC

PATRONIS

ILLVSTRISSIMIS

leuem hancce opellam
collatorum in patrem et se
tot tantorumque beneficiorum
memoriam
gratissima mente recolens
demisse consecrat
et
modestissime simul obsecrans
vt in prolem
transcurrat pars aliqua gratiae
patris
eorum tutelae exoptatissimae
se atque res suas
committit

demissimus et obsequentissimus cliens
IOANNES HENRICVS IVGLER
Nomiater Giffhornensis.

LECTVRIS

S.

Reliquit mihi Pater desideratissimus volumen quoddam, cui paucis ante mortem annis ea, quae in vitae suae honestissimae cursu memorabilia sibi accidissent, verbis ex ore suo exceptis fida manu tradenda curauerat, eo quidem consilio, vt idonea occasione oblata post WEIDLICHII *) minus certos et imperfectos WINCKLERI **) labores,

*) in *Geschichte jetztlebender Rechtsgelehrten in Teutschland*, 1748.

**) in *Nachrichten von Niedersächsischen berühmten Leuten*, Vol. I. p. 358. seqq.

A WINCK-

res, ad ferruandam diutius in animis amicorum memoriam fui, aliquando publici ea facerem iuris. At plures tamen deinde intercefferunt caufae, quae impediunt, quo minus integrum illud opufculum, Germanico idiomate confcriptum, in lucem emittere queam. Neque omnia enim, quaecunque ibi referuntur, momenta Vobis fatisfacerent, neque contra, quae forte oblectare Vos poffent, aperte omnia efferre me decet, cum et plurimos praeterea eorum, qui neque adfinitate neque amicitia viro digniffimo iuncti fuere, minime lateat, quantum et quotuplicem extremis vitae fuae annis hauferit luctum. Itaque aliam ineundo rationem, qua et Patris amicorumque voluntati morem gererem et fummae fimul veritati Veftraeque oblectationi non minus, ac reuerentiae certae, quam violare nefas foret, confulerem, longiorem paulo Patris de fe ipfo narrationem in hocce, quod modeftiffime iam Vobis offerre audeo, compendium redegi atque litterarium quoddam,

*) WINCKLERI praecipue verba fecutus eft *Jo. Chrfti. Koppe* in *iurift. Almanach auf das Jahr 1792.* (p. 185-209.) ita quidem, vt huncce laborem meum minime fruftra effe fufceptum inde adpareat.

dam, pretiosiore proh dolor materie deficiente, viri litterarum, dum viueret, amantissimi monumentum exigere conatus sum. Restitit nempe in oppidulo quoque, nullis munito muris, nec ob ornatum nec ob studiorum cultum vmquam commendando, pristinus ille iucundissimusque litterarum amor, primis ipsius corpusculi staminibus a Patre insitus et quotidiano quondam eius exemplo nutritus. Quo igitur fine ex caeteris, quae mihi sese obtulerunt, argumentis Hippocraticum de visu libellum, neglectum sane, neque tamen cum per se, tum maxime ob anxias WOOLHOVSII curas, prorsus contemnendum, denuo explicandum elegi. Cui tamen ipsi, cum et mancum eum et temporis iniuria mutilum suspicari ausim, quaecunque alia de morbis oculorum in libris Hippocraticis dispersa inueniuntur, omissis caeterum signis ex oculorum statu ad alios corporis humani morbos diiudicandos desumtis, subiungenda suisque capitibus inserenda putaui, vt simul quoque starem aliqua ex parte promissis, quae ante hos octo et quod excurrit annos in *bibliothecae ophthalmicae specimine* de doctrina ocularia Hippocratis et Galeni seorsim exponenda feceram. Sicque, lectores humanissimi, et Patris dilectissimi ma-

nibus et piis conatibus meis mihique ipsi aequa mente fauete atque valete!

Scrib. Giffhorniae, menſ. April.

MDCCLXXXXII.

ELO-

ELOGIVM
IO. FRIDERICI IVGLER.

Prima ſtirpis noſtrae origo, quoad de fatis maiorum certiores fieri potuimus, a Sulzbacenſibus eſt repetenda, vbi *Michael* quidam, tectorum contegendorum artifex, duo ſuſcepit filios, *Ioannem* ſcilicet atque *Ottonem*, quorum huius, Arneburgi in Marchia vetere Brandenburgica ſacerdotio munere functi, ſolum fere nomen relictum eſt, ille vero, ſacrorum Sulzbacenſium antiſtes, ob ſummam pietatem erga Deum morumque caſtitatem, et ciuium et Principis, Ottonis Henrici, amorem ſibi conciliauit. Vterque autem formulam, quam vocamus, concordiae ſuo loco ſubſcripſit. Huius Ioannis filius vnicus, eodem patris praenomine vocatus et in vrbe patria ſacerdos atque profeſſor, ob perſecutionem Neoburgenſem, religionis cauſa excitatam, anno MDCXXVII. exſul factus Herſpruci deinde diem obiit ſupremum, pluribus relictis liberis, e quibus *Sebaſtianus* Pegauiam, vbi conſul poſtremum fuit, nomen noſtrum transtulit. Quem in munere ſecutus poſtea eſt filius, *Ioannes Andreas*, pater *Ioannis Martini*, ſacerdotis Wetteburgenſis, cuius vitam ſingulari quondam commentatione: de principum perſonarumque illuſtrium

 fune-

funeribus imaginariis, defcripfit is, quem iam mortuum piis et adfiduis ego quidem profequor lacrimis.

Hoc patre d. XVI. Calend. Aug. a. MDCCXIV. Wetteburgi, qui pagus in dynaftia Tautenburgica fitus prope diftat a Numburgo ad Salam, natus eft Io. FRIDERICVS IVGLER. Mater fuit *Sufanna Dorothea*, *Ioannis Friderici*, facrorum Frauenprifnicenfium praefecti quondam, filia, quae biennio poft vnum ipfi peperit fratrem, *Carolum Auguftum*, poftremum Gorslebiae, in Thuringia electorali, facerdotio functum et quinque ante Patrem menfibus mortuum. Educatione, fi mores et religionis cultum fpectes, facri ordinis viro digna quidem, fi fcientiarum vero linguarumque initia, vituperanda fatis, in domo paterna fruebatur, curae praeceptoris cuiusdam domeftici traditus, qui, dum ipfis faepe pueris ludibrio effet, nullam, nifi memoriae, vt ex ea rurfus iisdem verbis recitarentur, inculcandi regulas grammaticas artem calluiffe videtur. Itaque praeclaram de noftro laudem meritus eft auunculus, *Io. Chriftophilus Friderici*, quippe qui, patris fui, fupra laudati, in munere fucceffor, puerum decem circiter annorum faepiffime in plures menfes vocauit Prisnitiam ibique caeteris compluribus beneficiis id quoque addidit, vt folidioribus linguarum, Hebraicae etiam, elementis atque calligraphia diligentiffime ipfum inftitueret. Sic praeparatus a. MDCCXXVIII Plauiam Varifcorum migrauit, quo, fchola ex iuffu teftatoris ibi frequentata, aptum fe redderet ad fruendum ftipendio academico Wiede-

 man-

manniano, cuius ipſi ob cognationem cum familia Fridericiana ius erat conceſſum. Hinc poſt quinque menſes, doctrina tamen parum excultus, cum febris intermittens a *Birkhani*, Rectoris, et *Irmiſchii*, Conrectoris, virorum eruditiſſimorum, cathedris diu nimis eum retinuiſſet, in ſcholam auocatus eſt prouincialem Portenſem, vt locum occuparet, cuius aliquando obtinendi ſpes beneficio Principis multo ante ipſi adfulſerat.

Hic in tertio eoque poſtremo ordine inter centum et quinquaginta, niſi plures fuerint, alumnos penultimus factus plane nouam quaſi vitam ingreſſus eſſe ſibi videbatur. Terna tabulata complectebantur multitudinem cubiculorum confinium, quorum in ſingulis cum bini alumni habitarent, varias quotidie nugas, quas impedire non poterant praeceptores, actas eſſe facile adparet. Laudandus ideo mos erat ille, ex quo iunior quilibet annis veteranum aliquem haberet contubernalem, cuius et inſtitutioni et diſciplinae committeretur. Saepiſſime tamen accidit, vt cuſtodes hi transgrederentur potentiae ſuae fines et iuniores ſeueriorem fere diſciplinam experirentur, quam quae ab ipſis forte praeceptoribus exſpectanda fuiſſet. Singulis paene diebus adficiebantur verberibus aliisque contumeliis. Quin duplae adeo poenae periculum ſubibant, ſi iniuriae auctorem accuſare coram praeceptoribus vellent. Scholam eo tempore regebat *Schreberus*, iam poſt tot diuturnos atque moleſtiſſimos labores hebeſcens et paucis tantum annis circumactis mortuus. In eius locum ex tertio, quem

inter praeceptores adhuc obtinuerat, adſcendit *Freytagius*, iure quidem ac merito, aeque ob eruditionem atque ob auctoritatem, qua plurimum valebat. Proximus a Rectore *Schrammius* fuit, et in tertia, quam *Freytagius* reliquerat, cathedra ſedit *Stübelius*. Reliqui magiſtri verſabantur in docenda theologia, grammatica, et matheſi, ad cuius ipſius initia tradenda *Hüpſchius* erat conſtitutus, nemine tamen ei adplaudente, cum docendi ratione ita confuſa vteretur atque obſcura, vt celerrime tirones, et Pater etiam, ab vtiliſſima hac ſcientiarum parte faſtidio abalienarentur. Vtcumque res fuerint, alumnorum in ſchola tractandorum rationi laudem numquam non tribuit quidem, pennaliſmum tamen, qui inualuerat ibi, et inſulſos ridiculosque praeceptorum quorumdam mores nullo tempore defendit. Hi conſpicui ſunt facti praeſertim, quum immoderata forte arderent ira. Cuius rei veritatem ipſius *Freytagii* confirmet exemplum, quod in Patre ſtatuit innocente. Nempe is, praeclarum antea illius fauorem expertus, vmquam ne tantulo quidem verbo ſe conſulto eum offendiſſe pernegauit. Sed tandem bile aliquando inter docendum ab aliquo mota *Freytagius* proxima auditione fuſte armatus comparuit. Quo facto in foribus templi verſus hi poſtero die adfixi reperti ſunt:

„Was will man länger prophezeihn,
„Es würde einſtens in der Pforte,
„An dem geweihten Muſenorte,
„Noch eine Ritterſchule ſeyn?
„Von ſchon geſcheh'nen Dingen
„Darf kein Prophet ein ungewiſſes Liedchen ſingen:

„Seht

„Seht hier Orbilium den birknen Scepter tragen —
„Was gilts? er wird euch noch damit zu Rittern
„schlagen.“

Orbilius noster, epigrammatis auctorem, cuius tamen explorare nomen ipsi non contigerat, diris exsecrationibus ad inferas vsque sceleratorum sedes persecutus, Patrem deinde hunc fuisse sibi persuasit, quippe quem priuatim ab *Hüpschio* didicisse poëseos vernaculae regulas comperisset. Celata tamen suspicione, nullum ab ea se liberandi locum reliquit ei, quem criminis falso accusabat. Sed clandestinam vltionem parans *Freytagius* adolescenti, qui dimidio anno post a Principe id impetrauerat, vt ante decursum annorum sex, in schola ex lege transigendorum, in academiam proficisceretur, publicae illius, qua Portae valedicendi mos erat, oratiunculae veniam pertinaciter denegauit, vsque eo despiciens et dehortationes precesue, ab ipso insontis patre adhibitas, et dissuasiones grauissimas, quibus *Walterus*, sacrorum antistes, *Schrammius*, Conrector, et *Hentschelius*, Cantor, a consilio eum deterrere conabantur, vt *Schrammio* contra tumens ira responderet: „Ita Deus viuat, ego „non imperabo animo meo.“ Causam oppressi deinde contra *Freytagium* coram summo senatu ecclesiastico agere coepit *Io. Christophilus Friderici*, auunculus illius. Iudices causam exponere Rectorem iusserunt, cuius tamen narrationem nec tres illi, quos mox supra laudauimus, praeceptores nominum subscriptione confirmarunt, neque cum reo, frustra id petenti, communicauerunt iudices. Interea huic, mense post haec nondum praeterlapso, litterae ab amico Dres-

densi fuerunt redditae, ex quibus cognosceret, rei exitum fore infelicem, suadendumque esse, vt quam proxime sibi e schola decente aliquo modo viam pararet. Morbo igitur simulato decumbenti *Freytagius*, satis fortiter initio quidem repugnans, aegre tandem permisit, vt reditus, forte necessarii, promisso ante obstrictus, ad patrem e Porta curru aueheretur. Quum vero post mensem et quod excurrit rectori, litteris reum bis frustra reuocanti, tardius nimis decurreret tempus pro diuulganda, quam summi iudices interim pronuntiauerant, sententia, mense Nouembri a. MDCCXXXIII. cum collegis coenaculum maius ingressus, coram tumultuosa atque indignabunda alumnorum concione, rescriptum recitauit, cuius hic quidem tenor erat: „Patrem a Porta esse cum infamia relegandum." Hoc peracto super interioribus ipsius coenaculi foribus adfixa parieti est tabula nigra, in qua, praeter nomen eius, poenae quoque genus litteris albis pingi curauerat tyrannus scholasticus, quam anno adhuc MDCCLIV. quieto et tranquillo animo ipse adeo Pater, Portam reuisens, contemplatus est. Neque vmquam tamen, quod mireris forte, damnato exemplum sententiae traditum fuit. Sed insidias potius, quam rectum atque honestum, adamasse virum, insana vlciscendi cupidine flagrantem, nisi ex superioribus sit perspicuum, hinc quoque adparet, quod intermisso aliquo temporis spatio eos, quibus stipendii Plauiensis administrandi cura fuit, adiuncto simul sententiae exemplo certiores fecerit de poena, quo in consiliis ineundis rationem eius habere possent. Attamen haec quidem spes

irrita

irrita fuit. De reliquo "dubium omnino non „est," sunt ipsius Patris verba, "quin probro- „sum illud, vt *Freytagius* vocauit, carmen „princeps fuerit condemnationis meae causa. „Verum ego ne verbum quidem eius conscripsi, „nec de eo conscribendo vmquam cogitaui. „Hoc per Deum iuro omniscientem, breui in „iudicium me vocaturum. Auctoris etiam de- „inde innotuit nomen, quod ipsi erat *Aspero.*"

Transacto apud parentes hieme tandem a. MDCCXXXIV. post pentecostes festum in florentissimam Lipsiensem academiam, vt litterarum ibi studiis operam daret, inuitus quidem, profectus est, quum Ienensem, Vitebergensem, aut Halensem praeferre maluisset. Sed aperte deinde fateri coactus erat, progressu temporis maxima ibi commoda se adeptum esse, quae ab alia forte academia frustra sperasset. Itaque gratissima semper memoria Lipsiam est prosecutus. Pater modicos tantum sumtus ipsi suggerere potuit, vt ergo simplicem admodum vitae rationem sibi constituendi fuerit necessitas, ex qua tamen ipsa variam se vtilitatem cepisse retulit. Accessit, quod diuturna litis Portensis recordatio animum eo semper impelleret, vt summa morum probitate inimici occurreret consiliis. Neque spes ista eum fefellit. Nam praeter Plauiense stipendium ipse summus, qui ante indicta causa eum damnauerat, senatus ecclesiasticus aliud deinde, ex quo triginta quotannis floreni Misnici redirent, in tres annos ei concessit, sortiumque postea beneficio Syluersteinianum quoque minus ipsi obuenit. Tem-

pus

pus academicum ſtudio praeſertim philoſophiae atque ſcientiae iuris conſumens illam quidem didicit ab *Aug. Frider. Müllero*, maximo tunc propter iucundam docendi rationem argumentorumque ſoliditatem concurſu auditorum gaudente. In ſtylo Latino, nec non hiſtoria et politica et litteraria, inſtituerunt eum *Io. Erhardus Kappius* atque *Chriſtian. Theophil. Iöcherus.* Iuris Romani principia tradentes audiuit *Riuinos* fratres, *Io.* ſcilicet *Florentem* et *Andream Florentem*, qui Batauorum in iis docendis rationem ſecutus Vitebergae tandem diem obiit ſupremum. A *Müllero* iterum praecipua digeſtorum capita, atque poſt haec iuris canonici et eccleſiaſtici rudimenta, percepit. In iure publico *Car. Otton. Rechenbergium* et *Io. Iac. Maſcouium* habuit doctores. Hoc etiam iuris feudalis praeceptore vſus eſt. Iuris criminalis doctrina *Ferdin. Aug. Hommelius*, et cauſarum tractandarum ſcientia *Io. Godofr. Bauerus*, eum erudiuere. Plurimi illuſtrium horum virorum fautores deinde e praeceptoribus facti fortunam eius adiuuare conati ſunt, accedente poſtea etiam in numerum eorum *Frider. Ott. Menckenio*, cuius in familiaritatem caſu quodam venit anno MDCCXXXVIII. Is enim non bibliothecae ſolum locupletiſſimae vſum ipſi conceſſit, ſed in recenſendis quoque libris iuridicis atque philologicis diarii litterarii, auſpiciis ſuis ſub Actorum Eruditorum titulo Latine prodeuntis, ſocium ſibi adiunxit eum. In quo opere ab anno MDCCXXXVIII. ad annum MDCCL. plura inuenies a Patre conſcripta, licet vno alterone, quo auctor eum donauit, libro excepto nullum inde

inde vmquam fecerit lucrum. Idem anno MDCCXXXIX. Lipſiae in domum *Hohenthalianam* eum introduxit, quo filii familias illuſtrisſimi, in ſummo deinde ſenatu eccleſiaſtico Dresdenſi praeſidis vice functi, mores et ſtudia regeret. Sed cum aliud moliretur nihil, quam vt domicilium in academia Lipſienſi collocaret, a. MDCCXLI. auctore *Kappio* Magiſtri philoſophiae artiumque liberalium honores adſecutus poſt paſchatos feſtum Hohenthalianam, quamuis iucundiſſime ibi vixiſſet, domum reliquit priuatasque aperire ſcholas incepit. Vix autem paucis erudiendo quatuor vel quinque diſcipulos menſibus praeterlapſis, *Iöcherus* ipſi ſuaſit, vt *Widouii*, Senatoris tunc, poſtea Conſulis, Hamburgenſis filii natu maioris curam ſuſciperet. Inuite tamen ex amoeniſſima Muſarum Lipſienſium ſede diſceſſurus *Maſcouii*, ſenioris, conſilio, cum et Francofurti et Vitebergae cathedra philoſophica vacaret, vtramque petere coepit eoque ipſo fine *Auguſtinum a Leyſer*, Vitebergenſem, *Reinbeckium*que, Berolinenſem, litteris adpellauit. Hic quidem, antequam eas accepiſſet, fato erat perfunctus, ſed ille non multo poſt: "Omnes de Te, reſpondit, et ſen„tiunt et ſperant bene, ſed aliquod tempus ad„huc Tibi ad plenam maturitatem deeſſe cre„dunt. Faciam vero illos (amicos atque patro„nos Dresdenſes,) de conditionibus, quas Ham„burgenſes Tibi offerunt, certiores. Cogita„bunt forſan de Te, qui patriae vtiliſſimus olim „eſſe poteris, in Saxonia retinendo, quod et „ipſe magnopere opto. Exſpecta igitur paulis„per. At ſi Dresdae nemo intercedit, poteris

„occa-

„occasione oblata vti.“ Nihilominus tamen contigit, quod ipsius testantur verba *Leyseri*, vt nutu *Marpergeri*, summi sacrorum aulicorum antistitis, vna cum *Henr. Theoph. Franckio*, professore deinde Lipsiensi, et *Io. Dan. Rittero*, extraordinario tunc philosophiae ibidem professore, Principi ab academia Vitebergensi commendaretur. “Ast quum in mandato isto regio, addidit *Leyserus*, hi duo nominatim comprehensi „sint, certum est, alterutrum ex iis professo„rem futurum.“ Atque hic etiam fuit exitus. Neque tamen *Rittero* inuidit honorem, minime nescius, cathedra illum, a *Io. Wilh. Hofmanno* relicta, digniorem esse, quam se, qui tuendo eiusmodi muneri se nimis adhuc imparem sentiret.

Dum haec agerentur, *Iöcherus* interea Patrem vehementer hortabatur, vt, quod de re Hamburgensi constituisset secum, aperte exponeret. Ipseque, licet nihil quidquam Lipsia carius ei esset, argumentis illius eo facilius cedens, quo magis intelligeret, male nummis non praesentibus Lipsiam velle exspectari, mense tandem Nouembri a. MDCCXLI., defensa prius pro loco in ordine philosophorum obtinendo dissertatione, Hamburgum profectus est. Ibi benigne admodum exceptus et a *Widouio* meritissimo per totum, quod apud eum transegit, tempus praecipuo semper honore ornatus domo eius tamquam schola quadam vsus est, in qua ad imitandum viri eruditi vereque sapientis imaginem quotidie impelleretur. Imo mox post aduentum *Widouius*, quo maiora ipsi emolumenta compa-

raret, auctor fuit, vt erudiendo in antiquitatibus iurisque Romani principiis filio illustrissimi *Mauritii*, legati a Batauorum republica ad Hamburgenses tunc missi, subsiciuas impenderet horas. Hieme sic exacta, qua socium sibi sponte adsciuerat eum Societas Latina Ienensis, idem ille *Mauritius*, supremus iam coloniae Surinamensis gubernator designatus, blandis ab eo petiit verbis, vt illuc se comitaretur pergeretque instituere filium. Quam, exoptatissimam licet, conditionem inuite tamen a se deprecari grauissimis et parentum et ipsius *Widouii* argumentis coactus est. Ipso deinde hoc MDCCXLII. anno de *Richteri* Lipsiensis morte certior factus omnem posuit curam in obtinendo ibi munere docendi philosophiam moralem, quod tamen iam ante *Io. Frid. Mayo* mandatum fuisse comperit. Denuo anni sequentis initio cogitauit de professione extra ordinem, vt videtur, ibi adsequenda, sed a consilio dehortati eum sunt amici, quoniam omni tunc certe spe res careret. Interea *Leyserus* singulari semper fauore eius meminisse perrexit. Mense tandem Maio circiter eiusdem anni MDCCXLIII. cum *Widouio* suo, ob infirmam admodum eius valetudinem, in thermas Carolinas profecturus Lipsiam transiit, vbi *Mascouius* statim ei narrauit, *Ioanni Aldolfo*, Duci Leucopetreensi, se hoc quidem consilio eum commendasse, quo in gymnasio illustri professoris munere ornaretur, litterasque alias ei commisit, in ipsis thermis, vbi tunc Dux ille morabatur, amico certo reddendas. Ibi a Principe humanissimo perbenigne quidem exceptus, de re ipsa tamen nullum omnino verbum audiuit. Deinde

cum

cum in reditu Teplicii esset, saepius per plures hebdomadas occasio ei data est visendi *Güntherum a Bünau*, virum perillustrem, in summo, quod Cellis Lüneburgicis est, tribunali eo tempore sedentem, a quo viro, vt generatim, ita elegantioris etiam iurisprudentiae doctrina, eruditissimo, numquam, nisi litteris instructior, discessit. Lipsia porro Weissenfelsiam profectus ipsos gymnasii curatores, quibus iam ante se commendauerat litteris, salutauit. Post, quum, aegroto suo *Hugonis Werlhofii*que curae commisso, Hannouerae maximam auctumni partem commoraretur, quotidiana ei cum *Surlandio*, syndico reipublicae Hamburgensis meritissimo, intercessit consuetudo, quae aditum ei ad ipsius *Münchhusii* immortalis gratiam, haud ita multo post conspicuam, comparauit. Iam denique Hamburgum reuersus, sub anni finem misit ad *Münchhusium* litteras Latinas, quibus vt publicam aliquam adscendere cathedram Goettingensem sibi liceret ab illo petiit. Respondit Maecenas litteris, qui mos fuit illius, itidem Latinis, suasitque, vt priuatarum ante scholarum periculum ibi faceret, haec quidem verba addendo: „et vt candide Tecum agam, non refugio, quin „Tibi aperiam, quid vsus quidue multorum an„norum me docuerit experientia; scilicet in ap„petendis et imponendis huiusmodi muneribus „vtrinque tutissimum esse, vt ante, quam offici„um ipsum suscipiatur, loci natura et conditio „exploretur viriumque cum in docendo, tum in „commentando, periculum fiat.“ Tandem mense Februario anni MDCCXLIV, nulla prorsus ab ipso Duce, singulari animi excelsitate prae-

dito,

dito, rerum Portensium ratione habita, Weissenfelsiam vocatus est pro suscipiendo munere et inspectoris conuictorii et docendi in gymnasio ius naturae, politicam, eloquentiam, historiamque litterariam. Cuius laboris annuum ipsi praemium trecentis thaleris soluendum promissum est, praeter reddendos ex aerario sumtus, quos in transuehendam supellectilem atque ipsum iter impenderit. Dedisse praeterea operam videtur, vt eodem simul tempore *Reineccii*, gymnasii rectoris, muneri succederet vicarius, sed noluit Dux dignitatem hanc tribuere alii, nisi qui publico iam officio aliquo functus esset, ideoque *Waltherum*, scholae tunc Torgauiensis rectorem, elegit. Necdum tamen a Lipsia et collocanda ibi quondam sede cogitationem auocasse inuenio. Iter breui ante paschatos festum ingressus transiit Hannoueram, vbi *Münchhusius* laudauit adeundi noui muneris consilium, Goettingam deinde, atque Ienam, id praecipue agens, vt cum celeberrimis vbique viris eruditis contraheret familiaritatem. Vix autem, postquam Weissenfelsiam venisset, mense exacto atque munere nondum rite suscepto amicus certus, secreto *Münchhusii* iussu et auctoritate *Leyseri*, litteris Hannouera eum interrogauit, vtrum Goettinga, an Weissenfelsia, magis placeat, operamque suam, si illud esset, vltro obtulit. Sed cum indecorum putaret atque ingratum, relinquere locum, quem modo dederat Princeps humanissimus, nouum, qui oblatus erat, honorem, re tota celata, modestissime recusare non dubitauit. Dein cum mense Septembri huius anni a Duce impetrasset, vt priuatas etiam ape-

 rire

rire scholas iuridicas sibi liceret, insequente mense a *Bünauio* Cellis litteras accepit, se pro munere inspectoris in academia equestri Lüneburgensi eum commendasse, suasitque *Leyserus*, ne illud defugeret, cum adiuuare potius, quam impedire, posset consilium de reuocando forte in academiam patriam, vnde etiamnum in animo Lipsiam eum habuisse adparet. Itaque de iis, quae oblata sibi erant, certiores fecit praefectos gymnasio, quorum fauore factum est, vt anni MDCCXLV. initio, additis pristino salario ducentis florenis Misnicis et munere adsessoris regiminis cum professorio vna coniuncto, Weissenfelsiae maneret, nullam ferme loci mutationem amplius optans, cum praeclaram nactus iam esset occasionem consequendi maiorem iuris practici caussarumque criminalium, quibus praecipue delectabatur, scientiam atque vsum. Quo consilio singulis fere iudicum conuentibus sedulo interfuit, quamuis permisisset Dux, vt abesse posset, quoties gymnasii negotia postularent. Circa hoc idem tempus *Leysero* significasse videtur desiderium absens obtinendi ab ordine iureconsultorum Vitebergensium tituli Doctoris: saltem respondisse illum video, sine Principis permissu non licere ordini, a duplice illo examine solemni quemquam liberare. Neque tamen postea vllum eius rei vestigium denuo deprehendi. At nondum *Münchhusius* Patris oblitus erat. Nempe extremo huius anni mense illius verbis *Surlandius* iterum ei obtulit idem in academia illustri Lüneburgensi munus inspectoris et: "si perpenderis, addidit, "commutabilem temporum rerumque vrbi atque

„re-

„regioni Tuae imminentium rationem, ea non „amplius Te impedient, quae antea forte rexe„rint consilia Tua.“ Iam suspicati sunt, quos certiores de re fieri oportuit, occasionem oblati rursus honoris ipsum captasse, vt noua sibi commoda aliqua compararet, a qua falsa tamen opinione facillime se liberauit. Nihilominus vero, quum et metueret, ne abitum suum indignaretur Dux ita benignus, et inuitus ipse discederet Weissenfelsia, vbi (vt ipsis vtar verbis *Steinleri*, summi tunc sacrorum aulicorum antistitis,) "ingressum eius ita fortunauerat Deus, vt primo„rum aeque ac infimorum studia fuerit adsecu„tus,“ has atque alias dubitationes illustrissimo *Münchhusio* proponere ausus est. Quo facto praeter omnem accidit opinionem, vt, mense Februario a. MDCCXLVI. vix incepto, Duci redderentur litterae a regimine terrarum Luneburgensium electorali, quibus ab illo dimissionem Patris peterent ipsi illustrissimi Regis amici. Iam igitur dimissus a Duce verbis humanissimis mense Martio accepit litteras solemnes, quibus ad suscipiendum in academia equestri munus inspectoris atque professoris Luneburgum vocaretur, adiuncto simul diplomate, Consiliarii Regii titulo eum ornante.

Paulo ante Dux gloriosissimus familiarium suorum cuidam dixerat, "nolle se inuitationem „ab exteris repetitam impedire, cum incertum „sit, quamdiu adhuc vita ipse fruatur.“ Neque animus quidem eum fefellerat. Mortuus enim est eodem anno Lipsiae XVII. Calend. Iun., quo casu acerbissimo, ii, quibus publica Weissenfel-

fiae mandauerat officia, ingentem fane rerum mutationem experti funt, ita, vt anno circiter poft, ex *Stemleri* laudati narratione, "nemine „faluti eorum profpiciente, orbi huc atque illuc „errarent et fpe femper inani detinerentur." Triennio tamen poft mortuum Ducem Vidua Serenifsima, Patris recordata, facri fermonis, in mariti memoriam habiti, exemplum ipfi mittendum curauit.

Celebratis menfe Iunio huius anni exeunte nuptiis cum *Sophia Catharina*, filia natu minima *Valentini Erneſti Löſcheri*, fummi fenatus ecclefiaftici adfefforis facrorumque Dresdenfium antiftitis, qui menfe Octobri anni fuperioris ipfam ei defponfauerat, tandem Luneburgum profectus eft. Sed rerum ibi formam multo aliam inuenit, quam animo ante fibi eam fubftituerat. Ne dicam enim de vrbis et aedificiorum natura, quae fic quidem comparata erat, vt coniuges, Dresda venientes, cum iam vrbem ipfam intraffent, in fuburbio adhuc effe putarent, pauca tantummodo de academiae equeftris conditione funt referenda. Nempe in ea fex duntaxat ifto tempore fuerunt adolefcentes generofiffimi, e quibus foli iam fuperftites funt illuftriffimi Fratres, *Comites a Kielmannsegge*, alter quidem fummus Ducatus Lauenburgici praefectus, Ratzeburgi, alter vero Auguftiffimo Regi a confiliis intimis, Hannouerae degens, cuius vtriusque fingularem erga fe gratiam abunde ad extremum vsque fpiritum expertus atque tot beneficiorum memor gratiffimo femper animo veneratus eft. Difciplinam, molliter nimis et ofcitan-

tanter ante exactam, corrigendi et restituendi munus mandatum quidem ipsi fuit, sed, qui sub intimorum Regis amicorum auspiciis academiam tunc regebant, vel auctoritate fere nulla valebant, vel ea nolebant vti. Quodsi ex sententia hoc illudue successisset, exitus adscriptus est curatoribus, contra vero, si secus cecidisset, omnis in Patre culpa haesit. Accessit his multitudo variarum molestiarum, quas et artium in academia docendarum magistri et conuictorii triplicis ratio, rel. ipsi exhibuerunt. Exempla tamen, licet praesto sint plura, tacitus praeteribo, cum soleant esse odiosa. Quid multa? Inspectoris, quod tuebatur, munus tot tunc incommoda, tot onera, secum duxit, quot vix aliud eo tempore intra terrarum electoralium fines. Sat magnum sane, praeter reditus extraordinarios et quae ipsa praebere debuit natura, laboris praemium ei datum est, quingentos paulo superans thaleros ideoque longe praestans eo, quod Weissenfelsia dederat. At si omnem tamen vitae rationem consideres, qua Saxoniae superioris et inferioris incolae differunt, facillime adparet, his multo maiores, quam illis, impensas esse faciendas, nisi obiici sibi quis velit, quod congressus societatemque hominum fugiat plane atque oderit. Vt enim hodie est, ita, praesertim Luneburgi, etiam tunc fuit. Laetissimo igitur animo primam quamcunque arrepturus fuisset occasionem alibi partes suas agendi aut Lipsiae, cuius nondum erat oblitus, melioris fortunae spem alendi, nisi retinuisset eum matrimonii fortunatissimi vinculum. Sensim deinde vsu quotidiano animus etiam iis ad-

 fue-

fueuit, quae initio quidem infinitas incredibilesque molestias ipsi adtulerant. Nec parua viginti circiter annis post facta est onerum leuatio, vbi a. MDCCLXVIII. ab illustrissimo *Marenholzio*, paulo ante primi academiae curatoris honorem adsecuto, id impetrasset, vt inspectoris officium nouo collegae, aliunde vocato, committeretur, quamuis ipsi huic leuamini varia iterum initio intercesserit aegritudo.

Hoc interim spatio conditiones quaedam ipsi propositae sunt, quas tamen ancipites incertasque nimis agnouit. Sic a. MDCCLV. cathedram philosophicam in academia Francofurtana obtinuisset forte, nisi Reformatorum sacra, vt statuta volunt, fuissent amplectenda. Eadem fere ratio fuit conatuum, quibus saepissime id egit, vt Luneburgo vel Coburgum (MDCCXLVIII.) vel Helmstadium (MDCCLI. LII.) vel Brunsuigam (MDCCLII.) vel Goettingam quoque (MDCCLIV. LV.) auocaretur, cum hic quidem fortuna non responderet optatis, illic vero deterior status, quam in quo erat, minaretur. Optima tamen spes ei adfulsit a. MDCCLIV. cum patriam reuisentem Dresdae interrogasset illustrissimus *Holzendorfius*, summi tunc senatus ecclesiastici praeses, an non forte, si exsequeretur consilium de mutando illustri, quod ante Weissenfelsiae fuerat, gymnasio in academiam equestrem, Luneburgensi fere similem, refugeret suscipiendum in ea munus inspectoris? Sed citissime totum istud consilium, Borussis in Saxoniam inuadentibus, ad nihilum recidit. Neque post mortem dulcissimae coniugis de mutanda sede amplius cogitauit.

Nem-

Nempe illam idibus Ianuarii a. MDCCLVI. morbo praegresso epidemico, quem anginam, vt a medicis vocatur, polyposam fuisse ex ipsius Patris verbis crediderim, mors ipsi eripuit praematura. Neque vnicae deinde, quam ex illa habuit, filiae, *Iulianae Fridericae*, pepercit, quippe quae eodem oppressa morbo X. Calend. Februarii matrem secuta est, ne vllum quidem solatium maneret viro, paucis diebus ante fortunatissimo, iam omnibus ereptis gaudiis miserrimo. Reliquit morbi mortisque descriptionem, ipso tristissimo eo tempore litteris mandatam, incredibilis inter coniuges mutui amoris, florentissimae inde oriundae felicitatis domesticae, luctusque, qui caelibis vna et orbi pectus dilaceraret, testem incorruptum, grauissimum, a nemine profecto, quisquis sit, absque lacrimis seponendum.

Sed cum a summo rerum auctore natura humana sapientissime ita sit comparata, vt arescant tandem lacrimae atque laetitia et moeror, alter alteri comes, pari semper gradu inter homines ambulent, Pater etiam communia ea mortalium fata impleuit. Nempe XV. Calend. Septembris a. MDCCLVII. inter ipsos Gallici belli tumultus, vrbi summa tunc vi adpropinquantes, secundis sibi nuptiis iunxit *Mariam Magdalenam*, *Io. Henr. Rickmanni*, iudicii Cellensis aulici adsessoris et protosyndici Luneburgensis, filiam natu maximam. Cui matrimonio, primis sane annis felici satis, deinde vero Patri indulgentiori miserias atque aerumnas incredibiles fere obiicienti, vitam debuerunt liberi septem, e quibus ego primogenitus quidem iam solus superstes.

Sub finem anni MDCCLXV. Societas Oeconomica Cellensis inter suos eum recepit. Quem honorem, vt oportuit, agnouit quidem, immeritum tamen fuisse numquam negauit, quippe qui vastae huius scientiae elementis ne horam vmquam tribuisset.

Inter quotidianas fere aegritudines illas, obrepente dein simul senectute, sensim oculos, adsiduo vsu maxime exercitatos, vnum quidem prorsus a. MDCCLXXVIII., alterum vero ex parte tantum a. MDCCLXXXIII., excaecauit arthriticae indolis suffusio, quae, dexterrima *Vnzeri*, experientissimi apud Altonauienses medici, manu bis frustra tentata, tandem effecit, vt a. MDCCLXXXVII. a summo terrarum electoralium regimine verbis perhonorificis dimitteretur, amplissimo, praeter gratuitum domicilium, „diu„turnorum singulariumque in academiam meri„torum" praemio promisso, quotannis soluendo quingentis et quod excurrit thaleris. Ex quo tempore sibi fere soli viuere coepit, diem consumens et dictando et auscultando ea, quae adolescentes quidam officiosissimi recitarent. Sic denique, corporis quidem alias firmissimi viribus magis magisque decrescentibus, animi tamen, quod mireris post tot atque tantas aerumnas, hilaritate ad tres vsque dies extremos fere integra, V. iduum Ianuarii a. MDCCLXXXXI. placidissimam obiit mortem vir desideratissimus, multis profecto bonis flebilis, nulli vmquam flebilior, quam mihi, quem paucis ante mensibus reddiderat fortunatissimum.

Neque vnum quidem fuisse credibile est, qui exitu eius gauisus sit, cum summa vitae integritate, morum probitate et humanitate singulari, pla-

placabilitate atque moderatione insigni, omnium fere beneuolentiam ita sibi conciliasset, vt, *Freytagium* si forte excipiam, neminem plane norim, quem vel clam, vel aperte, vere inimicum habuerit. Sed quoniam homo erat, ab humanis quoque erroribus exemtus non fuit. Acriores sententias, quas de singulis et rebus et hominibus opposuit interdum mitioribus amicorum opinionibus, satis excusauit seuerior olim disciplina Portensis, non ipsius naturae regulis, sed certae cuidam et immutabili formae, accommodata. Dum integra esset aetate, facillime iracundia efferbuit, quam tamen post acerbissimam primae coniugis mortem cohibere conatus est, ita, vt nec moerore nec aegritudine animum sibi vmquam commoueri saepissime contenderet, cum tamen corpus, neruis licet firmissimis instructum, quo tardius, eo certius, inde adfectum esse nouerim. Luxum, Luneburgi, praecipue si conuiuia vestiumque mutationem spectes, primis, quos ibi transegit, annis nec bene vitandum neque vitatum, posterioribus vitae annis sedulo declinauit, praesertim, vbi alias res exhaurire arcam suam videret. Quae princeps etiam caussa fuit, cur bibliothecam locupletissimam, octo fere millia volumina e iurisprudentia, praesertim elegantiore, philologia, atque historia litteraria continentem, nec non dissertationum per quinquaginta annos collectarum thesaurum, vltra nouem millia trecenta opuscula complectentem, et quae supererant manuscripta, vitas iureconsultorum illustrantia, variis ante obitum temporibus vendiderit. Deo religionique diligentem semper cultum cum verbis et re tum publice et priuatim sanctissime tribuit. Quam multo-

torum egentium paupertatem leuare conatus fuerit, post mortem potissimum cognoui. Ante omnia summo semper studio cauit, ne aere alieno esset oppressus. Incredibilem erga coniugem quocunque tempore seruauit amorem, et quanto me, qui omnia illi debeo, prosecutus sit, verbis complecti non possum. Fuit caeterum amicus constans et incorruptus amicis, sodalis et ob animi hilaritatem et ob facundiam iucundissimus iis, quos consuetudo cum eo iunxerat, carus, etiamsi seuerior forte cogeretur esse, adolescentibus in disciplinam ipsi traditis, dilectus parentibus, qui spes suas manibus eius commiserant, et praecipua semper illustrissimorum perillustriumque academiae curatorum, *Marenholzii*, *Bülouii* praesertim, quem virum indulgentissimum omni tempore gratissima mente summaque reuerentia coluit, *Wensii* etiam senioris, *Hodenbergii*que, gratia ornatus.

Corporis tandem forma fuit procera, habitu opimo, facie decora, pinguiore, liberali, hilari, rubore multo subfusa, oculis caeruleis, antequam morbo illo vigor eorum opprimeretur, nitidis, eminentibus, membris humerorum pectorisque latitudini congruentibus, indole et natura corporis ea, quam dicunt sanguineam siue sanguineum temperamentum. Valetudine prosperrima vsus est, vt nullo, praeterquam solitum narium fauciumque catarrhum, morbo eum detentum me quidem vidisse meminerim. Imago, aere excusa, pluribus *bibliothecae litterariae* exemplis aliquando praefixa est, dissimillimam tamen esse fatebitur, qui vmquam Patris ipsius vultum est contemplatus.

Li-

Libris etiam, quorum plures edidit, qui et laudes et commercium litterarium cum viris eruditione famaque celebratissimis ipsi compararunt, nomen suum inter eruditos conseruare conatus est, ne inutilis plane videretur reipublicae litterariae ciuis. Aetate quidem vix matura, qua potius discendum adhuc, quam scribendum, ei fuisset, temeraria iam cupiditate arsisse fatetur, vt in doctis haberetur viris. Sed haec ipsa quoque iuuenilis audacia fortunam adiuuasse videtur, cum Maecenatum, praesertim *Münchhusii*, qui adsiduis mire fauebat scriptoribus, magnam inde gratiam sit consecutus. „Quodsi latiores, inquit, „curriculi fines terminique mihi fuissent consti-„tuti, contigisset forte, vt ex mediocritate ali-„quando emerserit ingenium.“ Quae vero edidit, haec sunt:

1) *Io. Ge. Estor* commentat. cont. obseruationes varias de altitudine aedium Romanarum deque ciuium multitudine, ad illustrandam seruitutem altius tollendi et altius non tollendi — ex lingua vernacula latine vertit notulisque adauxit I. F. I. Lips. MDCCXXXVI. 4. (plag. V.)

2) Differt. epistol. (ad *Io Flor. Riuinum*) de incrementis insignibus, quae iurisprudentia ICtorum Lipsiensium studio cepit. Ibid. eod. 4. (plag. II.)

3) Iudex sedens, ex antiquitate deriuatus. (Commentatio *Io. Ehr. Kappio* dedicata.) Ibid. MDCCXXXVIII. 4. (plag. II.)

4) Epistola de illicito ridiculoque disputandi feruore, ad L. VI. §. 1. C. de postulando. Ib. eod. 4. (plag. I.)

5) *Glückwunsch bey einer Hochzeit, (worin zugleich von der Hochzeitfeyer und dem Ehestande der*

der alten Römer gehandelt wird.) Naumburg, MDCCXXXVIII. 4. (plag. I. cum dimid.)

6) *Historische Abhandlung von gelehrten Sächsischen Fürsten.* Leipz. u. *Jena*, MDCCXL. 8. (plag. VI.)

Hos libellos omnes vocat iuueniles imperfectosque labores, summa legentium indulgentia egentes.

7) Dubia de sectione debitorum apud Romanos, interpretationi Bynkershoekianae opposita. Lipf. MDCCXLI. 4. (plag. VIII.) De qua dissertatione, si lubet, videas *eiusdem auctoris bibliothecam histor. litter. selectam*, Tom. II. p. 154. seq. Edidit contra eam Harderouici MDCCLVI. *Paul. Hartog* dissertationem inauguralem de sect. debit. ap. Rom. Iugleri dubiis, interpretationi Bynkersh. oppositis, oppositam. Sed nondum argumenta Patris destruxisse videtur aduersarius, alias plerumque modestus.

8) Ανδραποδοκαπηλειον, siue de nundinatione seruorum apud veteres liber singularis historico-iuridicus, ex quo lucem capere possunt auctorum loca complura. Accedit Medicus Romanus seruus, LX. solidis aestimatus. Lipf. MDCCXLI. 8. (plag. XI. cum dimid.) Quem eundem libellum, inscio auctore, a. MDCCXLVIII. nouo tantum titulo ornatum denuo in nundinas Lipsienses introduxit bibliopola.

9) Diss. histor. de litteris credentialibus legatorum. Lipf. MDCCXLI. 4. (plag. III.)

10) Epist. gratul. ad *Augustin. a Leyser* de concinnando lexico iureconsultorum. (Numb. ad Sal.) MDCCXLI. 4. (plag. I.) Idem consilium a. MDCCLXIV. epistola parua latina, typis exscripta, vlterius declarauit. Sed cum intelli-

geret

geret deinde, vnius hominis vires tantum opus sustinere non posse, angustiores sibi constituit fines, ex quibus tandem in publicum prodiere vitae iureconsultorum celebriorum, quae infra laudabuntur.

11) Epist. gratul. ad *Io. Iac. Mauritium*, de eruditione Theodorae Augustae. Hamburgi, MDCCXLII. 4. (plag. II.) Recusa eodem anno Lipsiae, auctore inscio.

12) *Zufällige Gedanken von der Pedanterey einiger Rechtsgelehrten*, quae commentatiuncula festinata, litteris I. v. W. notata, exstat in *Hamburg. vermischte Bibliothek*, Vol. I. p. 405. seqq.

13) Progr. de poesi Ciceronis, (quo professionem in ill. Augusteo Weissenfels. oratione solemni auspicandam indixit.) Lips. MDCCXLIV. 4. (plag. II.)

14) Oratio de Ciceronomania eruditorum, recitata publice, quum in ill. gymnasio Weissenfels. professionem ordinariam auspicaretur. Weissenfels. MDCCXLV. 4. (plag. III. et quod excurrit.)

15) Sylloge obseruationum de ritu tangendi S. S. euangelia in iureiurando. Luneburg. MDCCXLVIII. 4. (plag. VIII.)

16) Diss. continens obseruationes de insignibus Germanorum in iurisprudentiam elegantiorem meritis. Luneb. MDCCLIII. 4. (pl. VI.)

17) Bibliotheca historiae litterariae selecta, cuius primas lineas olim duxit *Burc. Gotth. Struvius*. Tom. I. Ienae, MDCCLIV. Tom. II. MDCCLXI. Tom. III. MDCCLXIII. 8.

18) Supplementa et emendationes ad biblioth. litterar. Struuio - Iuglerianam pertinentes. Ex auctoris schedis manuscriptis edidit et

non-

nonnulla adiecit *Herm. Frider. Koecher*, Fascic. I. Ienae, MDCCLXXXV. 8.

19) *Bernh. Henr. Reinoldi* opuscula iuridica rariora; --- praemissa diss. singulari de insignibus Germanorum in iurisprudentiam elegantiorem meritis. Lugd. Bat. MDCCLV. 8.

20) Commentatio histor. de principum personarumque illustrium funeribus imaginariis, edita ad conseruandam memoriam patris, Io. Martini. Luneb. MDCCLV. 4. (plag. II. et quod excurrit.)

21) Diss. epistolica de interdictione studiorum, primo saeculo a condita academia equestri Luneburgensi fere transacto generosissimis eiusdem ciuibus dicata. Luneb. MDCCLV. 4. (pl. III.)

22) *Historisch - juristische Nachricht von den nächtlichen Beerdigungen, als ein Denkmal der Liebe nach dem Verluste seiner Ehegattin, Soph. Cathar. geb. Löscher, und einzigen Tochter, Julianen Fridericken, ans Licht gestellet.* Luneb. MDCCLVII. 8. (plag. IV.) Praefixae sunt huic libello imagines mortuarum simillimae.

23) *Beyträge zur juristischen Biographie, oder genauere litterärische und critische Nachrichten von dem Leben und den Schriften verstorbener Rechtsgelehrten, auch Staatsmänner, welche sich in Europa berühmt gemacht haben.* Leipz. MDCCLXXIII-LXXX. 8. Volumnia VI.

24) *Wie ich mich beym Brunnentrinken habe ärgern müssen,* Rotterdam, MDCCLXXVI. 8. (plag. IV.) Libellus iocosus, celato auctoris nomine in lucem emissus.

25) *Io. Car. Henr. Dreyeri* de tithophoria seu gestatione lapidum ignominiosa commentatio. Lips. MDCCLXXVII. 8. (plag. IV.)

26) *Neu-*

26) *Neujahrsgeschenk eines zärtlichen Vaters, seinem auf Universitäten lebenden Sohne gewidmet.* MDCCLXXVIII. 8. Qui libellus, paterni erga me amoris publicus testis, nomen auctoris in fronte non gerit.

27) *Christi. Ludou. Scheidii* commentatio de buccellariis ad L. X. C. Iustin. ad L. Iul. de vi publica. Adiecta mantissae loco *Bernh. Möllmanni* diss. de certamine Friderici, Comitis Oldenburgici, cum leone. Lips. MDCCLXXXI. 8. (plag. VI.)

Plura certe opuscula emissurus fuerat vir in legendo scribendoque occupatissimus, nisi tristissimus ille oculorum morbus intercessisset. Vt enim taceam de additamentis compluribus, quae ad editos a se libros sedulo vndique collegit, multa quoque conquisiuit olim pro illustrandis *de pugna cum feris bestiis, acerbissimo apud veteres supplicio*, et *de sanctitate iudiciorum*, argumentis. Praeterea in animo aliquando fuit et coniunctim edere singulas *Io. Phil. Sleuogtii*, iureconsulti quondam Ienensis, dissertationes et elaborare *historiam academiae Lipsiensis litterariam*, cuius conspectum vide sis in *Leipziger neue Zeit. von gel. Sachen.* (MDCCXXXIX. p. 283. seqq.) nec non *historiam litterariam de regicidio Anglicano*. Plurima insuper congesserat ad *Lipenii Struuii*que *bibliothecas iuridicas* adponenda, quae deinde cum nuperioribus earundem editoribus, *Franckio, Schottio, Budero*, lubentissime communicauit. Annis MDCCLVI. et sequentibus per *Io. Ludow. Vhlium*, professorem Francofurtanum, cum bibliopolis quibusdam eum egisse video de edendis *Hofmanni meletematibus ad pandectas cum*

notis Conradi, sed nec prodiit opus, nec post mortem inueni exemplum manuscriptum.

Carmina etiam variis occasionibus composuit Latina et Germanica, de quibus seuere satis iudicauit. Haec quidem silentio praeteribo, quamuis eo, quo prodierunt, tempore explosa saltem non fuerint: ex illorum autem numero laudare fas sit *oden alcaicam in Widouium* a. MDCCXLII. consulem factum; *epistolam ad Ge. Frid. Richerz*, Hamburgi a. MDCCXLIII. impressam, qua mores Portensium perstrinxit, *querelam tectis oculis effusam* cum ob eorumdem morbum anno MDCCLXXXIII. Altonauiae commoraretur, supplementorum ad bibliothecam litterariam praefationi subiunctam, et alia quaedam carmina, illustrissimis viris, *Münchhusio*, *Lenthio*, *Wenckerniο*que, inscripta. Supersunt et alia, typis non expressa, inter quae excellit *ode in diem*, *quum Augustus*, *Saxoniae Elector*, *ad capessenda oblati regni insignia in Poloniam proficisceretur*, subiuncta orationi, qua Portae valedicere quondam secum constituerat. Praecipuum autem locum hic tandem sibi vindicat *elegia*, quam *in obitum suum* composuit et ipso exsequiarum die publice distribui iussit, sanctissimum summae erga Deum reuerentiae, gratissimae fautorum obseruantiae, admirabilis in suos pietatis, testimonium.

ΓΝΠΟ-

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ

ΟΨΙΟΣ.

a) ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

b) περι οψιος.

ΚΕΦ. Α.

a) Ἁι οψιες αἱ b) διεφθαρμεναι, 1) αυτοματοι c) μεν d) κυανιτιδες γιγνομειαι, εξαπινης 2) γινονται· και επειδαν γενωνται, ουκ εστιν ιησις τοιαυτη. Ἁι δε e) θαλασσοειδεες 3) γιγνομεναι, κατα μικρον εν πολλω χρονω διαφθειρονται· και πολλακις ὁ ἑτερος 4) οφθαλμος εν πολλω χρονω ὑστερον διεφθαρη. Τουτεου

HIPPOCRATIS

de visu libellus.

Cap. I.

Pupillae, quae, dum corrumpuntur, ſponte quidem in cyaneum colorem vergunt, derepente tales fiunt; et poſtquam factae fuerint, non eſt huiusmodi curatio. Quae vero marini coloris fiunt, paullatim per longum temporis ſpatium corrumpuntur: ſaepeque alter oculus longo poſt interuallo corrumpi ſolet. Huius autem caput purgare

VAR. LECT.

1) αυτομαται Ald. Bas. Mercurial. 2) γιγνονται Lind. 3) γιγνομεναι κ. μικρον, εν --- Ald. Bas. Mercurial. 4) οφθαλμος. εν πολλω -- -- Foes. (ed. Genev. 1657. p. 736.)

τεόυ δε χρη f) καθαιρειν την κεφαλην καὶ g) καιειν τας φλεβας· κ' ην h) αρχομενος i) θεραπευθῃ 5) ταυτα, k) ἱςαται το κακον καὶ ου l) χωρεει επι το 6) φαυλοτερον. m) Ἁι δε μεταξυ της τε κυανιτιδος καὶ της θαλασσοειδους ην μεν n) νεῳ εοντι γενωνται, o) πρεσβυτερῳ γενομενῳ p) καθιςανται· ην δε πρεσβυτερῳ εοντι γιγνωνται ετεων ἑπτα, q) --- --- --- --- --- βελτιον ὁρῃ. 7) Τα μεγαλα 8) δε πανυ καὶ λαμπρα, καὶ απο προσθεν, ὁρῃ μεν, σαφως δε ου· καὶ ὁ, τι αν πανυ προς ἑωϋτον τον οφθαλμον προσθῃ, καὶ 9) τουτο, αλλο δε ουδεν. Ξυμφερει δε τουτεῳ r) καθαρσις τε καὶ s) καυσις της κεφαλης· t) αἱμα δε 10) τουτεοισιν ου ξυμ-

gare oportet atque vrere venas: quodsi ab initio curetur hoc modo, consistit vitium neque procedit in deterius. Quae mediae vero sunt inter subcyaneum et marinum colorem, si infanti quidem oriantur, aetate prouectiore consistunt: si vero annis septem maiori fiant, -- -- -- -- melius cernit. Magna autem admodum atque splendida, imo ex longinquo, videt quidem, sed non perspicue: et quodcunque proxime ad ipsum oculum admouerit, etiam hoc; aliud vero nihil. Conuenit autem huic et purgatio et vstio capitis: at sanguinem his demittere

Var. Lect.

p. 736.) οφθαλμος, εν πολλῳ -- -- ALD. BAS. MERCVRIAL. FOES. (ed. Frcft.) 5) ταυτὰ videntur legisse interpretes (teste FOES. ed. Genev. p. 736.) 6) φλαυλοτερον ALD. 7) βελτιον ὁρῃ τα μ. δ. κ. λαμπρα· κ. α. πρ. ὁρῃ caet. CORNAR. (in interpret. et in margine editionis Aldinae, quae Goettingae adseruatur.) 8) δε del. CORNAR. in margine edit. Ald. cit. 9) καὶ τουτο [ὁρῃ] addit. LIND. 10) τουτεοισιν, ου -- -- ALD. BAS. MERCVRIAL. FOES.

ξυμφερει αφιεναι, ουτε τη κυανιτιδι, ουτε τη θαλασσοειδει.

ΚΕΦ. Β.

Και a) το ομμα εν τοισιν οφθαλμοισι, της οψιος υγιεος ουσης, 11) των νεωτερων ανθρωπων, ην τε 12) θηλεια η, ην τ' 13) αρσην, ουκ αν ωφελειης ποιεων 14) ουθεν, έως αν αυξηται το σωμα ετι. Ὁταν δε μηκετι αυξανηται, αυτεω τω οφθαλμω σκεψαμενος τα βλεφαρα b) 15) λεπτυνειν, 16) ξυων, c) ην δοκεη 17) προσδεεσθαι, 18) και επικαιων ενδοθεν d) μη διαφανεσιν.

ΚΕΦ.

tere haud conuenit, neque in ea, quae ſubcyanei, nec quae marini coloris eſt.

CAP. II.

Viſumque in oculis, vbi pupilla integra eſt, iuniorum hominum, ſiue foemina fuerit, ſiue mas, nihil, quicquid feceris, adiuueris, dum adhuc corpus increſcit. Quando vero non amplius augeſcit, ipſi oculo prouiſurus palpebras extenuato, radendo, ſi videatur opus eſſe, et adurendo intus non candentibus.

CAP.

Var. Lect.

11) ουσης των -- -- ALD. BAS. 12) θειλεια LIND. 13) αρσενα LIND. 14) ουδεν LIND. 15) λεπτυνει ALD. LIND. λεπτυνειν, Vetus. CORNAR. in margine edit. Ald. cit. 16) ξυων, και, ην LIND. 17) Legi etiam poſſet προσδεχεσθαι, vti mox ſequitur cap. 3. TRILLER. (Opuſc. I. 477.) 18) και omiſit LIND.

ΚΕΦ. Γ.*)

--- --- --- --- a) Επειτα αναδησας, 19) τα σκελεα εκτεινας, διφρον ὑποθεις, 20) αφ᾽ ὁυ ϛηριζηται 21) τησι χερσι. b) Μεσον 22) δε τις εχετω. Επειτα c) διασημηνασθαι τας 23) νωτιαιας d) φλεβας, e) σκοπειν δε f) οπισθεν. Επειτα καιειν g) παχεσι 24) σιδηροισι, και ἡσυχιη διαθερμαινειν, ὁκως αν μη ῥαγη ἁιμα καιοντι· προαφιεναι δε του ἁιματος, ην δοκεη καιρος ειναι. Καιειν δε προς το οϛεον οπισθεν. Επειτα ενθεις 25) σπογγον h) ηλαιωμενον εγκατακαιειν,

Cap. III.

--- --- --- --- Deinde religare oportet, crura extendere, et ſupponere ſellam, a qua fulciatur manibus. Medium vero quis teneat. Poſt haec deſignare oportet dorſales venas, legere autem eas a tergo. Dein vrere craſſis ferramentis, ſenſimque incalefacere, vt ne ſanguis erumpat, dum vris: prius vero mittere ſanguinem, ſi videatur tempus opportunum eſſe. Vrere autem vſque ad os retro. Deinde immittere ſpongiam oleatam atque altius inu-

Var. Lect.

*) Totum hocce caput, vt Hippocrate indignum, neglexit Cornarivs, (teſte Foes.) „Haec non viden„tur," ait Cornarivs (in margine edit. Ald. cit.) "huc „pertinere, ſed ex alio loco manuſcripta ſunt." 19) αναδησας τα -- -- Ald. Bas. Mercvrial. αναδησας [και] τα -- -- Lind. 20) ὑποθεις αφ᾽ -- -- Ald. εφ᾽ Lind. 21) ϛηριζεται Ald. Mercvrial. Quaedam exemplaria legunt: ϛηριζεται· τησι χ. δ. μεσον caet. Foes. (ed. Genev. p. 736.) 22) δε omiſit Lind. 23) ωμιαιας videtur legiſſe Calvvs, (teſte Foes. ed. Genev. p. 736.) 24) σιδηριοισι Ald. Lind. 25) σπογγιον Lind. et Fevrei exemplar, (teſte Foes. ed. Genev.

καιειν, πλην του πανυ προς αυτω τω οςεω· ην δε προσδεχηται τω 26) καυςηριω τον 27) σπογγον, ἑτερον 28) λιπαρωτερον ενθεις, εγκατακαιειν. 29) Επειτα i) του αρου εν μελιτι δευων, εντιθεναι τησιν εσχαρησιν. k) Ὁταν δε φλεβα παρακαυσης η διακαυσης, επειδαν εκπεση εσχαρη, ὁμοιως l) τεταται ἡ φλεψ, και πεφυσηται, και πληρης φαινεται, και σφυζει 30) ὁτε κατωθεν τα επιῤῥεον· ην δε διακεκαυμενος η ὁ κατωθεν, ταυτα παντα ἡσσον πασχει. Διακαιειν δε χρη αυθις, ην μη το 31) πρωτον διακαυσης. Τατε σπογγια χρη 32) ισχυρως εγκατακαιειν, προς της ῥεουσης φλεβος μαλ-

inurere, neque tamen proxime os ipſum: ſi autem ad locum vſtum ſuſceperit ſpongiam, alteram pinguiorem immittere et inurere. Tum arum melle ſubactum imponere cruſtis. Quum vero leuiter venam vſſeris vel peruſſeris, vbi cruſta exciderit, ſimiliter diſtenditur vena, et inflatur, et referta adparet, ſalitque interdum, qui ex inferiore loco adfluit, ſanguis: ſi autem peruſtus fuerit in inferiore parte, haec omnia minus ei accidunt. Iterum vero perurere oportet, niſi primo peruſſeris; ſpongiasque oportet vehementer inurere, propius venam fluentem. Cruſtae, vehementius toſtae, cito exci-

Var. Lect.

nev. 1323.) 26) καυςυριω MERCVRIAL. καυτηριω LIND. 27) το σπογγον ALD. σπογγιον legunt exemplaria Regia Mſta, (teſte FOES. ed. Genev. p. 736.) το σπογγιον LIND. 28) λιπαροτερον ALD. BAS. MERCVRIAL. 29) „Vetus hic ſpatium habet," ait CORNARIVS, (in margine edit. Ald. cit.) „tanquam aliquid deſit, vna nimirum linea." 30) ὁτε LIND. 31) προτον BAS. MERCVRIAL. 32) ἱκανως LIND.

μαλλον. Ἁι 33) εσχαραι ἁι μαλλον οπτηθεισαι 34) ταχει εκπιπτουσιν. Ἁι 35) καιομεναι ουλαι προς το οϛεον καλλιονες 36) γινονται. Επειδαν δε τα ἑλκεα ὑγιεα 37) γινωνται, αυθις m) αναφυσωνται και επαιρονται, και 38) ερυθραι εισι παρα το αλλο, και ὁσπερ 39) αναιρησομεναι φαινονται, ἑως αν χρονος επιγενηται. Και κεφαλης καυθεισης, και ϛηθεος, ὁμοιως δε και παντι τῳ σωματι, ὁκου αν καυθῃ.

ΚΕΦ Δ.

Ὁταν δε a) ξυης βλεφαρα οφθαλμου, ξυειν ειρίῳ 40) Μιλησιῳ b), ουλῳ c), καθαρῳ, περι d) ατρακτον

excidunt. Cicatrices vstae circa os pulchriores fiunt. Postquam vero vlcera sana facta fuerint, iterum inflantur et attolluntur, rubentque caeterum, et tanquam eleuatae videntur, quoad tempus accesserit. Similiter et capite vsto, et pectore, ac toto corpore, vbicunque vstum fuerit.

CAP. IV.

Cum vero palpebras oculi radere velis, radere eas oportet lana Milesia, crispa, pura, circa fusum cir-

Var. Lect.

et FEVREI exemplar, teste FOES. ed. Genev. p. 1323.) 33) ἁι [γαρ] εσχ. LIND. 34) ταχιϛα legunt exemplaria Regia Msta, (teste FOES. ed. Genev. p. 736.) et LIND. et FEVREI exemplar, (teste FOES. ed. Genev. p. 1323.) 35) ἁι δε κ. LIND. 36) γιγνονται LIND. 37) γιγνωνται LIND. γινονται MERCVRIAL. FOES. (ed. Genev.) 38) ερυθραι legit CORNARIVS (in margine edit. Ald. cit.) Male. Nam referenda non est haec vox ad ἑλκεαι sed ad ουλαι. 39) αναρρηξομεναι SERVINI exemplar, (teste FOES. ed. Genev. p. 1323.) αναρρηξαμεναι LIND.

40) μηλησιῳ ALD. BAS. MERCVRIAL. FOES. (ed. Frcft.) μιλησιῳ legit CORNARIVS, (in margine edit. Ald. cit.)

41)

τον περιειλων, 41) αυτην την e) ϛεφανην του οφθαλμου f) φυλασσομενος, μη 42) διακαυσης g) προς τον χορδρον. Σημειον h) 43) δε όταν αποχρη της ξυσιος, ουκ ετι λαμπρον άιμα εξερχεται, αλλα ιχωρ άιματοδης η ύδατωδής. Τοτε δε χρη τινι i) των ύγρων φαρμακων, 44) ὁκου k) ανθος εϛι χαλκου, τουτεῳ ανατριψαι. Ὑϛερον δε το της ξυσιος και το της καυσιος, όταν άι 45) εσχαραι εκπεσωσι και κεκαθαρμενα η τα έλκεα και βλαϛανη, l) ταμνειν τομην δια του βρεγματος. Ὁταν δε το άιμα αποῤῥυη, χρη διαχριειν τῳ m) εναιμῳ φαρμακῳ. Ὑϛερον δε τουτεου εργον και παντων, την κεφαλην n) καθηραι.

ΚΕΦ.

circumuoluta, ipſam oculi coronam vitans, ne peruras vſque ad cartilaginem. Indicio autem, quando ſatis ſit raſurae, non amplius ſincerus ſanguis exit, ſed ſanies ſanguinolenta aut aquoſa. Tunc vero liquido aliquo medicamento, in quo flos aeris ineſt, confricari conuenit. Poſt raſuram vero et vſtionem, quum cruſtae exciderint, purgataque fuerint vlcera et carnem producere incipiant, ſectionem facere per ſinciput. Quum autem ſanguis profluxerit, medicamento, quod cruentis vulneribus imponi ſolet, oblinere conuenit. Poſtremum autem horum omnium opus, caput purgare.

CAP.

Var. Lect.

41) περιειλων αυτην, την -- -- LIND. 42) διαβρησης legendum eſſe ſuſpicabatur PLATNERVS (in *Opuſc.* Tom. I. p. 60.) Contradicit TRILLERVS, qui διακαυσης reſtituit (in *Opuſc.* I. 475. ſeq. et 478.) 43) δε' όταν -- LIND. 44) ὁποιον forte legendum, etſi vulgata lectio ſatis per ſe conſtat, FOES. (ed. Genev. p. 736.) 45) ισχαραι ALD.

ΚΕΦ. Ε.

Τα βλεφαρα τα παχυτερα της φυσιος, το κατω 46) αποταμων την σαρκα, 47) ὁκοσαν ευμαρεστατα δυνῃ, ὑστερον δε το βλεφαρον επικαυσαι a) μη διαφανεσι, b) φυλασσομενος την φυσιν των τριχων, η τω c) ανθει οπτω d) λεπτω προστειλαι. Ὁταν δε αποπεσῃ ἡ εσχαρα, e) ιητρευειν 48) τα λοιπα.

ΚΕΦ. ϛ.

Ὁκοταν δε βλεφαρα a) ψωρια, και 49) κνησμος b) εχῃ, c) ανθος χαλκου βωλιον d) προς ακονην τριψας, επει-

CAP. V.

Palpebris praeter naturam craſſioribus, in parte inferiore carnem reſecabis, quantum facillime poteris, poſtremo autem palpebram oportet adurere non candentibus, cauendo naturam pilorum, aut flore aeris toſto, tenui, reprimere. Quum vero exciderit cruſta, curare reliqua.

CAP. VI.

Quum vero palpebrae ſcabie laborant, et prurigo eos occupat, floris aeris glebulam ad cotem teri-

Var. Lect.

46) αποταμων, τ. σ. -- ALD. BAS. MERCVRIAL. FOES. (ed Frcft. et Genev.) LIND. 47) ὁκοσην ALD. MERCVRIAL. LIND. 48) ιητρευειν ὡς τ. λ. legit CORNARIVS (in margine edit. Ald. cit.) et FOES. cum interpretibus, (ed. Genev. p. 736.) Recepit LIND.

49) ξυσμος legunt exemplaria Regia MSta, (teſte FOES. ed.

επειτα το βλεφαρον αποτριψας αυτεου, και 50) τοτε την e) φολιδα του χαλκου τριβειν ώς 51) λεπτοτατα. Επειτα f) χυλον ομφακος g) διηθημενον παραχεας και h) τριψας λειον· το δε λοιπον εν χαλκω i) ερυθρω παραχεων, κατ' ολιγον ανατριβειν, έως αν παχος γενηται ώς k) μυττωτος. Επειτα, επειδαν ξηρανθη, τριψας λειον χρησθαι.

ΚΕΦ. Ζ.

a) 52) Νυκταλωπος 53) φαρμακον· b) πινετω c) ελατηριον, και την d) κεφαλην καθαιρεσθω, 54) και 55)

terito, deinde palpebram defricato ea, atque tunc aeris squamam terito quam tenuissime. Post haec succum vuae immaturae percolatum adfunde et donec laeuia fiant terito: quod autem reliquum est in vase aeris rubri adfundendo paullatim conterere oportet, vsque dum spissitudo fuerit tanquam alliati. Deinde, quum inaruerint, tritis donec laeuia fiant, vtere.

CAP. VII.

Nyctalopis medicamentum: epotet medicamentum deorsum purgans, et quoad caput purgetur, cer-

Var. Lect.

ed Genev. p. 736.) 50) τοδε Foes. (ed. Frcft. et Genev.) Lind. 51) λεπτοτατον Ald.

52) Νυκταλωψ legitur in Servini exemplari, (teste Foes. ed. Genev. p. 1323.) Νυκταλωψ φαρμακον πινετω ---- legit cum interpretibus Foes. (ed. Genev. p. 736.) Recepit Lind. 53) φαρμακον. πινετω -- -- Foes. (ed. Genev.) φαρμακον πινετω ελατ. Ald. Bas. Mercvrial. Foes. (ed. Frcft.) 54) και omi-

55) καταξας e) τον αυχενα ὡς μαλιϛα, 56) πιεσας f) πλειϛον χρονον. Επανιεις δε διδοναι εν μελιτι βαπτων g) ἡπαρ βοος ωμον καταπιειν μεγιϛον 57) ὡς αν δυνηται, ἑν η δυο.

ΚΕΦ. Η.

Ην τινι οἱ οφθαλμοι, ὑγιεες εοντες, διαφθειροιεν την a) οψιν, τουτεω χρη ταμοντα κατα το b) βρεγμα, επαναδειραντα, c) εκπρισαντα το ωϛεον, αφελοντα τον d) ὑδρωπα, ιησθαι. Και οὑτως ὑγιεες 58) γινονται.

ΚΕΦ.

ceruice quam maxime ſcarificata et per longum tempus preſſa. Vbi vero remiſerit, dare oportet deglutiendum melle imbutum iecur taurinum crudum, quantum poterit maximum, vnum aut duo.

Cap. VIII.

Si cuidam oculi, ſani licet, corrumpant viſum, hunc oportet ſectione ad ſinciput facta, cute detracta, exciſo oſſe, et aqua emiſſa, curare. Atque hoc modo ſani fiunt.

Cap.

Var. Lect.

omiſit Lind. 55) κατασχασας legit Servini exemplar, Foesius cum interpretibus, (ed. Genev. p. 1323. et p. 736.) et Cornarius, (in margine edit. Ald. cit.) Recepit Lind. 56) και πιεσας Lind. και λιμῷ πιεσας Cornarius (in margine edit. Ald. cit.) 57) ὡσὰν Ald.

58) γιγνονται Lind.

ΚΕΦ. Θ.

a) Οφθαλμιης της 59) επετειου 60) και b) επιδημιου ξυμφερει c) καθαρσις κεφαλης και της κατω κοιλιης. Και ει εχοι το σωμα, d) αιματος αφαιρεσις ξυμφερει προς ενια των τοιουτων αλγηματων· και 61) σικυιαι e) κατα τας φλεβας, f) σιτος ολιγος αρτος, και ὑδατος ποσις. g) Κατακεισθαι δε εν 62) σκοτῳ, απο τε καπνου και πυρος και των αλλων λαμπρων, 63) πλαγιως, αλλο τε επι τα δεξια, αλλο τε επ' αριστερα. Μη h) τεγγειν την κεφαλην, 64) επειδε ου ξυμφερει. i) Καταπλασμα, οδυνης μη 65) ενεου-

Cap. IX.

In lippitudine annua et populariter grassante conuenit purgatio capitis et alui. Atque si corpus ferat, sanguinis detractio confert contra quosdam huiusmodi dolores: et cucurbitae circa venas, pro modico cibo panis, et aquae potio. Decumbere autem oportet loco obscuro, procul a fumo et igne aliisque splendidis, in latus, modo in dextrum, modo in sinistrum. Caput madefacere non oportet, siquidem non confert. Cataplasma non praesente dolo-

Var. Lect.

59) επετιου Ald. 60) και επιδημιου omisit Lind. 61) σικυαι Lind. 62) σκοτω legit Servini exemplar, (teste Foes. ed. Genev. p. 1323.) 63) Sic Cornarivs (in margine edit. Ald. cit.) πλαγιων Bas. Mercvrial. Foes. (ed. Frcft. et Genev.) πλαγιον Servini exemplar (teste Foes. ed. Genev. p. 1323.) et Lind. 64) επειδαν Foes. (ed. Genev.) Lind. κεφαλην, ου γαρ ξυμφ. legunt exemplaria Regia Msta, (teste Foes. ed. Genev. p. 736.) 65) ενιουσης Ald. Bas. Mercvrial. Foes. (ed. Frcft. et Genev.) ενεουσης legit Cor-

νεουσης, ἀλλ' ὡς ῥευματος επεχοντος, ου 66) συμφερει. Οιδηματων ανωδυνων, και μετα τα k) δριμεα φαρμακα, της οδυνης επαλειφομενα, επειδαν ἡ τε οδυνη παυσηται και διαχωρισθη 67) μετα την εξαλειψιν του φαρμακου, τοτε 68) συμφερει καταπλασσειν των καταπλασματων ὁ, τι αν σοι δοκεη ξυμφερειν. Ουδε διαβλεπειν ξυμφερει πουλυν χρονον· δακρυον γαρ προκαλεεται, ου δυναμενος ὁ οφθαλμος l) πονεειν προς τα λαμπρα. Αλλ' ουδε m) ξυμμυειν πουλυν χρονον, ην εχῃ n) ῥευμα θερμον μαλιςα· θερμαινει γαρ το δακρυον ισχομενον. Ῥευματος δε μη εχοντος, μεταγε του o) ξηρου την ὑπαλειψιν ξυμφερει ποιεεσθαι.

dolore, ſed fluxione diutius incumbente, non confert. In tumoribus non dolentibus et poſt acria medicamenta, doloris cauſa inuncta, vbi dolor ceſſauerit et diſceſſerit poſt inunctionem medicamenti, tunc confert imponere quodcunque cataplaſmatum tibi videatur conferre. Neque diu contueri confert: lacrymae enim prouocantur, cum nequeat oculus laborare contra ſplendida. Sed neque diu conniuere, praeſertim, ſi fluxio calida detinuerit: calefacit enim lacryma retenta. Quum vero fluxio non detineat, cum ſicco quidem medicamento inunctionem fieri confert.

Var. Lect.

CORNARIVS, (in margine edit. Ald. cit.) 66) ξυμφερει LIND. Caeterum, ſi ex verſione iudicare licet, LINDENIVS, ſecutus CORNARIVM, ita legit: -- ου συμφερει οιδηματων ανωδυνων. Και μετα -- -- κ. τ. λ. CORNARIVS (in margine edit. Ald. cit.) legere mauult: συμφερει οιδηματων ανωδυνων· αλλα μετα -- -- κ. τ. λ. 67) κατα FOES. (ed. Frcft. et Genev.) LIND. 68) ξυμφερει LIND.

COM-

COMMENTARIVS
in
Hippocratis de Visu
libellum.

a) ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ] Nomen venerandi senis, auctoritatem doctissimorum virorum secutus, in fronte libelli retinui, licet fugere me non potuerit, ipsum e numero eorum librorum, quorum genuinus sit auctor Hippocrates, ab omnibus ita quidem reiectum esse, vt neque veterum quisquam agnouisse eum videatur, neque recentiores iudices horum sententiam reformandam esse putarint, imo MERCVRIALIS et MARTIANVS vllum in eo commentando laborem collocare noluerint.

In *Charteriana* editione plane omissum esse asserit PLATNERVS, (in *Opusc. Tom.* II. *p.* 5.) neque mihi quidem in ea, quae annum 1679. in fronte gerit, *) libellum nostrum inuenire contigit: LINDENIVS tamen atque MERCKLINVS Tomo X. eiusdem editionis, a. 1639. emissae, locum obtinuisse adfirmant. Re vera quoque in conspectu librorum, singulis

*) Hanc enim solam possedisse PLATNERVM testatur *Catal. biblioth. Platner. medicae, Sect. I. Lips.* 1749. p. 48.

gulis tomis comprehendendorum, qui Tomo I. praefixus est, enumeratur libellus περι οψιος eo quidem loco, quem Lindenius et Mercklinus indicauere: sed cum tituli tantum recusi fuerint editionis, duplicem inde faciem mentientis, qua de re consule, si lubet, KESTNERI *biblioth. med.* (p. 100.) *Journal des Sçavans* (1680. *sched.* 8.) SANDIFORTII *exercitat. academ. (Lugd. Bat.* 1783. cap. 8.) et BLVMENBACHII *introd. in hist. litter. med.* (p. 72.) dubium fere non est, nota editoris incuria libellum hunc esse omissum et erasse, qui conspectus illius auctoritate freti ipsum suo loco non desiderarunt, quod cum aliis et HALLERO et ACKERMANNO (*in noua operis Fabriciani editione*) accidit. Eodem modo in *Mackiana* operum Hippocraticorum editione, cum tertius eiusdem tomus non prodierit, frustra quaeritur, vnde HALLERVM (*in biblioth. chirurg. Tom.* I. p. 12.) errasse adparet. Codices Graeci sunt in bibliotheca regia Parisiensi, n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. (teste HALLERO in *bibl. med. pract. Tom.* I. p. 74.) itemque n. 2146. (vt adserit IDEM in *bibl. chir. Tom.* II. *p.* 594.) et in bibliotheca Medicea. (BANDINI III. p. 44. apud HALLERVM in *bibl. med. pract. l. c.*) An idem sit Hippocratis liber de morbis et remediis oculi, qui Arabice exstat in libris Narcissi, Archiepiscopi Dublinensis, (*Cod. Brit.* n. 1212.) incertus sum cum HALLERO (*bibl. med. pract. l. c.*) De reliquo dubium plane est, an hic ipse liber indicetur, cum in libro περι παθων (*Opp. ed. Foes.* Genev. 1657. p. 517.) seorsim de oculorum morbis se scripturum esse pollicetur auctor incertus, itidem sub Coi nomine latens, quem POLYBVM aut THESSALVM, aut huius filium, HIPPOCRATEM, fuisse plurimos autumare video. SPONIO (apud HALLERVM

in

in *bibl. med. pract.* p. 73.) libellus noster videtur esse principium libri περι παθων. Sed repugnant isti sententiae illa ipsa verba, quae ex hoc libro modo adduxi, et praeterea mihi quidem, saluo tamen aliorum iudicio, scripturae genus dispar esse videtur.

b) περι οψιος] Ita in omnibus exemplaribus libellus inscribitur. FOESIVS.

CAP. I.

a) αἱ οψιες] οψις vel pupillam, vel totum oculum, imo et faciem, vel visum, indicat. Adi FOESIVM (in *Oecon.* et *ad h. l.*) Priori sensu hic poni, ipse nexus docet, sicuti titulum libri: de visu, esse vertendum non dubitabis, qui capita eius, de aliis quoque, praeter solius pupillae, vitiis agentia, perlustrauerit.

b) διεφθαρμεναι] Ita HIPPOCRATES alio quodam loco: (*ed. Foes. cit.* p. 251.) ην μη υπο νοσου, inquit, διαφθαρωσι, (scil. dentes) et in *libro epidem.* III. Επι φυσιες βλεφαρων, -- πολλων φθειροντες τας οψιας. Spectat hic quidem locus ad mutatum varie praeter naturam pupillae colorem, qui, vti mox sequitur, vel cyaneus est, vel marinus, vel medius inter vtrumque, vel, vt alibi lego, glaucinus tandem, vel argento similis: nempe in *libri praedict.* II. Α'ι δε κοραι, ait, γλαυκουμεναι η αργυροειδεες γινομεναι, η κυανεαι, ουδεν χρηςον, et in *aphorism. Sect. III.* 31. Τοισι δε πρεσβυτησι δυσπνοιαι, --- αμβλυωπιαι, γλαυκωσιες. Controuersia vix erit, quin duo morbos sibi fere similes, glaucoma puto et suffusionem, vna hac voce auctor complexus sit, cum et veterum ante RVFVM nemo vtrumque morbum distinxerit, testibus PAVLO *Aegineta*, (*lib.* III. *cap.* 22.) ORIBASIO. (*Synops. lib.* VIII. *cap.* 47.) et ACTVA-

RIO, (*meth. med. lib.* II. *cap.* 7.) neque ipse HIPPOCRATES, si quaecunque ex eius scriptis huc spectantia loca colligas et inter se compares, partium post pupillam sitarum, quae parum ipsi videntur cognitae fuisse, sed coloris tantum varii, ibi adparentis, rationem habuerit. Confer GVNZIVM *de suffus. nat. et curat.* p. 7. *seq.*

c) αυτοματοι] i. e. ανευ φανερας αιτιας, f. χωρις της εξωθεν αιτιας. Vide GALENVM *in commentar. in Hippocr. aphorism.* IV. 78. et *epidem. I. comment.* 3. Opponitur τω αυτοματω vox προφασις, vt in *libro Praedict. II (Opp. ed. Foes. cit. p. 102.)* ειτ' εκ προφασιων τοιαυται γενοιατο, ειτ' αυτομαται, vbi προφασις caussam externam et manifestam denotat. Confer. sis FOESIVM (in *oecon. s. v.* προφασις). Sic auctor *libri epidem. IV.* meminit vetulae hydropicae, cui cessantibus tumoribus εγλαυκωθη ἡ οψις, qui metastaticus morbus durauerit per annum. CELSVS quoque vel ex morbo vel ex ictu oriri suffusionem narrat *libr.* VII. *cap.* 7.

d) κυανιτιδες] Insusitato quidem, satis tamen idoneo, verbo vsus mox per subcyaneum colorem hanc vocem exprimere non dubitaui. Vt generatim, ita hic potissimum, de veterum coloribus iudicium ferre difficillimum est. Quodsi omnes vero, in quibus ea vox occurrit, veterum auctorum locos consideraueris, facile tibi persuadebis, colorem hunc medium quodammodo tenuisse inter caeruleum et nigrum, vt saepissime το κυανεον vel caeruleum verti vel idem etiam valere videas atque atrum. Ita EVSTATHIVS (*ad Hom. Il.* II.) κυανος, inquit, ειδος τι χρωματος μελανος, εξ ὀυ το κυανεον. Τοιουτον δε και το χρωμα του ουρανου -- ὁπηνικα εσι παντη ανεφελος. ARISTOTELES (*Problem.* XXIII. 23.) κυανουν και μελαν

quasi

quaſi vnum eſſe innuere videtur. HESYCHIVS: κυανεος, μελας, σκοτινος, et: κυανος, ειδος χρωματος ουρανοειδες. Apud HOMERVM ſaepius hanc vocem reperies, vbi vel nigrum vel iracundum vel terribile indicat plerumque. Haud raro color cyaneus cum marino colore idem. Sic HOMERVS (*Odyſſ.* XII. 60.) Αμφιτριτην vocat κυανωπιν, et ARISTOTELES (*Problem.* XXVI. 38.) νοτου πνεοντος, inquit, ἡ θαλαττα κυανεα γινεται, quod GELLIVS (*noct. Att.* II. 30.) caeruleum vertit; et HESYCHIVS denique: κυανος, θαλαττιον ὑδωρ. Eodem modo Romani paſſim caeruleum colorem interpretantur nigrum aut marinum, vt SERVIVS: (*ad Virgil. Aen.* VII. 198.) caeruleum eſt viride, ait, cum nigro, vt eſt mare; et alibi: (*Aen.* III. 64.) veteres ſane caeruleum nigrum accipiebant. Verum tamen vero et auctor noſter pupillae colorem ſubcyaneum a marino, et CELSVS caeruleum ab eodem, diſtinguunt.

e) θαλασσοειδεες] Colorem indicat marinum. Non minor tamen difficultas etiam hic nos vexat. Maris enim color certus non eſt, ſed pro qualitate ventorum mutatur, et aut flauum eſt, aut lutulentum, aut atrum, vt ex PLINIO adfert SERVIVS (*ad Virgil. Aen.* V. 2.) GELLIVS: (*noct. Att.* II. 30.) id quoque a peritiſſimis, inquit, rerum philoſophis obſeruatum eſt, auſtris ſpirantibus mare fieri glaucum et caeruleum, aquilonibus obſcurius atriusque. Confer quae ſupra (*nota* d.) ex ARISTOTELE attulimus. PLAVTVS (in *Mil.* IV. 4: 48.) colorem marinum vocat ferrugineum, quoniam is color ſit thalaſſicus: caueas tamen hoc certe loco, ne ipſius ferruginis colorem, plane diſparem et teſte SERVIO (*ad Virgil. Aen.* IX. 582.) purpurae ſubnigrae vicinum

num aut nigrum, vt IDEM (*ad Virgil. Georg.* IV.) ferrugineum interpretatur, animo ſubſtituas, cum ferrugineum colorem teſtante NONIO (XVI. 7.) ferri potius ſimilem eſſe velint et ſimiliter CELSVS ſuffuſionis meminerit, quae colorem habeat marinae aquae vel ferri nitentis, vbi particulae: vel, copulandi vim aliquam ſubeſſe ex ipſius NONII verbis ſuſpicari licebit.

Differt a colore ſubcyaneo atque marino, qui *γλαυκος*, caeſius, vocatur, ſubuiridis cum albore aliquo miſtus, vnde glaucomatis nomen. GELLIVS quidem (*noct. Att.* II. 27.) colorem caeruleum, glaucum, et caeſium vnum atque eundem eſſe dicit et viridem interpretatur: diuerſos tamen inter ſe fuiſſe, docet CICERO, (*de nat. deor. lib. I. cap.* 30.) qui caeſios oculos Mineruae, caeruleos eſſe Neptuni, narrat. Oſtendunt glaucum fere colorem oculi felis aut noctuae, vuaeque albae maturae et pellucidae, vt perquam belle ob vindemiam autumnum *γλαυκην οπωραν* dixerit SOPHOCLES (*in Trachin.* v. 713.) Glaucus forte color innuitur, vbi ſermo fit intra de pupillae colore medio inter ſubcyaneum et marinum. Hic enim, ſi eundem eſſe cum ferri nitentis colore credere liceat, ex albo et cinereo potiſſimum compoſitus eſt; illum autem ad caeli ſereni colorem proxime accedere, hoc quidem loco haud forſan temere adſerueris. Quae ſi ita ſeſe habeant, optime medium inter eos locum tenebit color glaucus, quippe qui ex albo vireſcat.

f) *καθαιρειν την κεφαλην*] Optime id aliis quibusdam locis Hippocraticis explicabitur. Ita nempe in *libro de vict. rat.* II. *όταν κενωθη*, inquit, *ἡ κοιλιη, ἑλκει ες ἑωυτην εκ του αλλου σωματος και της κεφαλης το ὑγρον, θερμη εουσα· κενουμενης δε της κεφαλης*

απο-

αποκαθαιρεται ἡ τε οψις και ἡ ακοη --- et in libro *de loc. in hom.* Φαρμακω καθαιρειν χρη την κεφαλην, μη ισχυρω, και το σωμα ισχναινειν και σιτιοισι και φαρμακοισι, κατω ὑπαγοντα, ὡς αποξηρανθῃ· et *ibidem* denique τα δε φαρμακα τα της κεφαλης καθαρτηρια, ἁ μεν αυτων ισχυρα εςιν, απο της κεφαλης αγουσιν ὁλης· ἁσσα δε ασθενεα, απο των οφθαλμων. Valentia igitur medicamenta, quibus aluus purgetur, veluti ſuccum Hippophaes aut coccum Cnidium, quem vtrumque in libro *de intern. adfect.* hoc conſilio laudatum inuenies, propinari iubet, hisque tandem in iisdem *de loc. in homine*, *de intern. adfect. de morbis*, (in.) et *ſeptimo epidem.* libris ſemel iterumque adiungit alia remedia, quae admota naribus noxia educant, *) cuius generis fuere helleborus et tetragonum illud, de quo caeterum conſulas GALENVM, (*in explic. voc. Hippocr.*) FOESIVM (in *oecon. Hipp.* ſ. h. v.) WEDELIVM, (in *exercit. med. philol. cent.* I. *Dec.* 4. *ex.* 6.) et CLERICVM, (in *hiſt. de la med. Amſt.* 1702. *Part.* I. p. 190.) Ex veterum nempe ſententia cerebrum, ικελον αδενι, ſaepius abundabat phlegmate, quod in oculorum morbis excitandis maxime accuſare ſolebant. Videas omnino HIPPOCRATEM in libris *de glandul. de carnib. de morb.* III. in. et *de loc. in hom.* Interdum quoque, certe in quibusdam ophthalmiae generibus, remedia lacrymas cientia adhibuit HIPPOCRATES, vt in libro *de loc. in hom.* ην δε ειον λιθοι ὑποτρεχωσιν, inquit, φαρμακον εγχρειν ὁ, τι πλειςον αγειν δακρυον μελλει, κ. τ. λ. Sic per fauces quoque caput purgaſſe videtur;

*) Conf. SCRIBONIVS, *comp.* 6 -- 8. ALEXANDER *Trallianus*, lib. I. cap. 11. GALENVS, *de comp. ſec. loc.* lib. II. cap. 2. ACTVARIVS, *meth. med.* lib. V. cap. 11 et alii.

tur; in libro enim VI. *epidem.* (sect. 2.) dicit: ειον εμματων ῥοωδεων, ην αλλως φαινεται ξυμφερειν, αντισπαν ες φαρυγγα. Confer sub *cap.* VII. *notam* d) et quae ex ANTYLLO et GALENO refert ORIBASIVS, (*lib.* VIII. *cap.* 14. et 18.) cum quo coniungendus est CELSVS (*lib.* VI. *cap.* 6. *sect.* 26. 29. 34. 35. 38.) et SCRIBONIVS (*comp.* 10.) Alui solutionem frequentiorem in suffusione commendat PAVLVS *Aegineta* (lib. III. cap. 22.) Caeterum eadem fere apud nos etiam hodie curationis est ratio, qui, vbi manifesta morbi caussa non est atque aeger chirurgi opem renuit, clysteres, resoluentia, purgantia deorsum, sternutamenta, saliuationem, imo, vstionis venarum loco, de qua mox, fonticulos, mezereum, cucurbitas, setacea, et quae reliqua sunt, nescio an nimis temere interdum, in vsum trahi videmus. Consule, si lubet, MESVEN (*de morb. intern.* in Opp. ed. 1541. fol. 93.)

g) καιειν τας φλεβας] De vstione venarum infra sub *cap.* III. plura erunt adferenda.

h) κ' ην αρχομενος] Inter initia nonnumquam etiam certis obseruationibus discutitur. CELSVS (*libr.* VI. *cap.* 6. *sect.* 35.)

i) θεραπευθῃ ταυτα] pro κατα ταυτα, more non incognito.

k) ἰεαται το κακον] In libro Hippocratico *de arte* φαρμακα καθαιροντα opponuntur τοις ἰςαυ(σ)τοις. Mox infra: καθισανται, et simili plane ratione in libro *de adfect. intern.* ην δε μη ὑπο τουτων ἡ νουσος καθιςαται, *ibidem*que: το δε νουσημα ην μη --- αυτοματον καταςη.

l) χωρεει επι το φαυλ.] Sic alibi (*ed. Foes. cit.* p. 210.) το μεταβαλλον χωρεει επι το βελτιον και χειρον, et in *libr. epidem.* II. *sect.* 2. in.) επι το βελ-

τιον

τιον ἤρξατο χωρεειν, κ. τ. λ. et in *libr.* V. tandem *epidem.* προχωρεουσα ἡ νουσος επι το βελτιον.

m) αἱ δε μεταξυ --- θαλασσοειδους] Vide ſupra *notam* g.)

n) νεῳ εοντι] infanti aut puero, qui ſeptimum annum nondum ſuperauit, vt mox ſequentia probant. Alibi quoque (libr. *praed. II.* 160.) νεοι, παιδες, et νεανισκοι aperte diſtinguuntur.

o) πρεσβυτερῳ] Ita in *prognoſt.* τα πρεσβυτερα των παιδιων. Vide FOESIVM in *oecon.* ſ. v. πρεσβυται.

p) καθιςανται] Vide ſupra *notam* k.)

q) ετεων επτα] Deſiderari aliqua hoc loco, certo certius eſt, cum quae ſuperſunt, ſi coniunctim legere malueris, omni careant ſenſu.

r) καθαρσις] Confer ſupra *notam* f.)

s) καυσις] Vide infra *cap.* III. De vſtione capitis in lippientibus PAVLVS *Aegineta* (*lib.* VI. *cap.* 1.) „praeraſis, inquit, circa verticem partibus, cauteres oliuae nucleos referentes immittunt, ad os vſque cutem adurentes et poſt cruſtam clapſam os deradentes. Quidam vero etiam ipſo oſſe vſto, ſquamam paruam excidere faciunt, --- ſeruantque aliquamdiu vlcus, deinde ſic ipſum ad cicatricem perducunt.“ Adi caeterum ARISTOTELEM, (in *Problem.* XXXI. 5.) HIPPOCRATEM (in libro *de loc. in hom.*) et MERCVRIALEM (in *var. lect. libr.* II. *cap.* 2.) In temporibus venas adurere ſuadet CELSVS (*libr.* VI. *cap.* 6. *ſect.* 35. *lib.* VII. *cap.* 7. *ſect.* 15.)

t) αἱμα δε] Cucurbitulas occipiti adfigi cum ſcarificatione et ſanguinem e cubito detrahi iubet PAVLVS *Aegineta*, (*lib.* III. *cap.* 22.) ex fronte vero vel naribus CELSVS (*lib.* VI. *cap.* 6. *ſect.* 35.) Confer ACTVARIVM, (*lib.* IV. *cap.* 11.)

Subiungo denique huic ipsi capiti vnum de variis pupillae figuris praeternaturalibus locum Hippocraticum, qui exstat in libro *praedictor.* II. Verba autem haec sunt: Αἱ δε κοραι γλαυκουμεναι -- ουδεν χρηστον. Τουτεων δε ολιγα αμεινους, οκοσαι η σμικροτεραι φαινονται η ευρυτεραι η γωνιας εχουσαι, ειτ' εκ προφασιων τοιαυται γενοιατο, ειτ' αυτομαται. Conferas quae sub libelli finem de ruptura oculi ex HIPPOCRATE sunt transscripta.

CAP. II.

a) το ομμα] Spectra in oculis hominum adparentia, imagines inter oculos et obiectum volitantes. HIPPOCRATES (in libro *de loc. in hom.*) ita loquitur: ἡ δε οψις τῳ απο του εγκεφαλου ὑγρῳ τρεφεται· όταν δε τι του απο των φλεβων λαβῃ, τῃ φυσει ταρασσεται, και ουκ εμφαινεται εις αυτο, και προσκινεεσθαι δοκεει εν αυτῳ τοτε μεν οιον ειδωλον ορνιθων, τοτε δε οιον φακοι μελανες, και τ' αλλα ουδεν ατρεκεως κατ' αληθειαν δυναται ορᾳν. Confer, quae sub finem libelli de hypoaemate dicentur. Alius ex libro *epidem.* V. et VII. huc pertinet locus, qui sic quidem se habet: του Φοινικος εκ του οφθαλμου του δεξιου τοιουτον τι ην· τα πολλα ὡσπερ αστραπην εδοκεε λαμπειν, κ. τ. λ. GALENVS (in *libro de sympt. caus.* I. *cap.* 2.) dicit, saepenumero ex crassiore humoris aquei consistentia, tamquam idolum aliquod sibi adpareat, imaginari atque eiusmodi idoli adparitionem, postquam a somno surrexerint, plerumque incidere, potissimum pueris, rel. Confer, si lubet, MERCVRIALIS *var. lect. lib.* V. *cap.* 7.

b) λεπτυνειν] Attico et Hippocratico more notissimo. Subintellige χρη vel ξυμφερει, vt cap. I. et IX. inuenies.

c) ξυ-

c) ξυων] Vide infra ſub cap. IV. *notam* a.) -- In palpebrae aſpritudine, ſcabritie, tyloſi, ſycoſi, palpebra deraditur, inſtrumentumque ad eam manus adminiſtrationem accommodatum βλεφαροξυςον PAVLO (lib. III.) dicitur. FOESIVS (*ed. Opp. cit.* p. 736.

d) μη διαφανεσιν] Scil. σιδηριοις, quod ſemper hic ſubaudiendum, bene monente FOESIO, (in *oecon.* ſ. v. διαφανης.) vbi plura loca collecta exhibet. Adde GORRAEI *defin. med.* p. 109. Iſta vero σιδηρια μη διαφανεα CAELIVS AVRELIANVS (lib. III. *de morb. chron.* cap. 4.) inde vocaſſe videtur cauteres frigidos, vt manifeſte ac perſpicue ea vocauit THEODORVS PRISCIANVS (lib. 1. cap. 20.) Ignea igitur cauteria ferrea hic prohibuiſſe Hippocratem, lignea contra ad vſum commendaſſe potiſſimum, ex his nunc abunde, putem, conſtabit. TRILLERVS (*Opuſc.* Tom. I. p. 483.) -- Confer infra ſub cap. IV. *notam.* d.)

CAP. III.

Progreditur iam auctor ad deſcribendam vſtionem venarum palpebrarumque raſuram ſupra laudatas, ita quidem, vt de hac capite quarto, de illa vero eiusque inſtituendae modo hoc ipſo mox capite agat. Deeſt tamen initium ipſius capitis, vt ex voce επειτα et ſuperioris capitis fine, ſi inter ſe conferantur, fit veriſimillimum. Vix enim credibile eſſe videtur, quod vel ſtatim poſt peractam oculorum ſcarificationem ad vſtionem venarum pergi voluerit vel tunc demum ſellam ſubponi iuſſerit auctor. Forſitan haud foret reprehendendus, qui ea, quae interciderunt, docuiſſe ſuſpicaretur, quomodo collocandi ſint et aegrotus et medicus, rel.

 a) επει-

a) επειτα αναδησας] Vſtionem venarum, quae ſunt in dorſo, per ſpongiam oleo feruente imbutam continent. Cuius mihi rationem habere videtur laqueus ſetaceus, dorſi initio transfixus. Foesivs (*Opp. ed. cit.* p. 736.)

b) Μεσον δε] Aristophanes (*in nub.* v. 1043.) ευθυς γαρ σε μεσον εχω λαβων αφυκτον. Vbi Scholiastes: ἡ μεταφορα δε, inquit, απο των παλαισων λαμβανομενων εις το μεσον και ηττωμενων. Hippocrates (in libr. *de haemorrhoid.*) κατεχοντων δε αυτων όταν καιηται της κεφαλης και τας χειρας, ὡς μη κινεηται.

c) διαστημηνασθαι] Colore aliquo notare. Ita Celsvs (*libr.* VII. *cap.* 7.) venas tenues atque conditas, quae ideo legi non poſſunt, atramento notari et deinde incidi iubet. Idem in arteriarum retro aures ſectione ſuadet Pavlvs *Aegineta* (libr. VI. cap. 4.)

d) νωτιαιας] Haec autem obſcura admodum in vrendo venas aut colli tendines et neruos vitari volunt. Foesivs (*ed. cit.* p. 736.) Ego quidem obſcuritatem horum verborum nullam prorſus inuenio: vri vult auctor venas dorſales easque ſigno ante aliquo notari, quo minus a vero loco cauter aberret. Ita Hippocrates (in libro *de loc. in hom.*) in oculorum phlegmone καυσαι, inquit, κατωτατω ισχυροτατω, niſi de medicamento potius purgante ibi ſermo ſit. Caeterum νωτος quidem dorſum, ſcapulas, ſpinas, et lumbos complectitur, teſte Foesio, (in *oecon.* ſ. h. v.) attamen hic certe ſuperiores dorſi partes innui, ex iis, quae mox ſequuntur verbis: ην δε διακεκαυμενος η ὁ κατωθεν, κ. τ. λ. ſuſpicari malim.

e) Φλε-

e) φλεβας] Venas ſolas hoc loco indicari, docent verba ſubſequentia: --- τετατοι ἡ φλεψ --- και σφυζει, quod contra FOESIVM (in *nota praegreſſa)* erat monendum.

f) οπισθεν] Mirum omnino videtur, quod auctor, vbi de dorſalium venarum vſtione loquitur, a tergo eas legi velit. Num ita forte vox οπισθεν accipienda, vt ab inferiore dorſi parte ad ſuperiorem venae legantur? Attamen et huius ſententiae rationem non intelligo, niſi ad ſanguinis per venas transeundi modum ſpectare conceſſeris, quem ipſe quidem HIPPOCRATES nusquam accurate deſcripſit, noſtri vero libelli auctor non ignoraſſe videtur, vt verba probant: --- κατωθεν το επιῤῥεον?

g) παχεσι σιδηροισι] Τα γαρ παχεα (σιδηρια) βραδεως περαιουμενα πλατυτερας τας εκπτωσιας των εσχαρων ποιεεται κ. τ. λ. HIPPOCRATES *(de artic.)*

h) ηλαιωμενον] Spongiam oleo feruente tinctam intelligo, qua vſtio fiat. FOESIVS (ed. cit. p. 736.) Καιειν δε χρη τα μεν σαρκωδεα σιδηριοισι, τα δε οστωδεα και νευρωδεα μυκησι, HIPPOCRATES *(de interr. adfect.)* Et *ibidem*: καυσαι, inquit, δε εν πυξινοισιν ατρακτοισι, βαπτων ες ελαιον ζεον. Idem de ariſtolochiae longae radice praecipit PAVLVS *Aegineta* (lib. VI. cap. 44.) Confer omnino GALENVM *de ſimplic. medic. facult.* (lib. XI. ex.)

i) του αρου] Arum extergendi vim poſſidet, teſte GALENO (*de medic. ſimpl.* libr. VI.) Idem adſerit DIOSCORIDES, (*de mat. med. lib.* II. cap. 196. 197.) quippe qui dracontii vires ipſi tribuit. Vide PLINIVM (in *hiſt. nat.* lib. XXIV. cap. 16.) Ill. GRVNERVS (in *Biblioth. der alten Aerzte*, Tom. II. p. 452.) vertit: Schlangenwurzel. Eſt herba, inquit GORRAEVS, (in *Definit. med.* ſ. h. v.) quam

quidam pedem vituli, alii ſerpentariam minorem, alii ſacerdotis virile, (Pfaffenpint,) officinae arum, adpellant.

k) *ὁταν δε --- διακαυσῃς*] Haec obſcuriſſima verba mihi indicare videntur, leuiter factam vſtionem fluxionem minime ſiſtere, cum vena adhuc intumeſcat et infletur, ideoque repetendam eſſe, quoad penitus conquieſcat aut vſtio omnino peracta ſit. Sic enim cruſtas facilius excidere cicatricesque melius coaleſcere. FOESIVS (*ed. cit.* p. 736.) Vereor, ne opinio fefellerit Foeſium. Repeti ſane vſtionem auctor omnino iubet, vt mox ſequentia verba ſatis indicant; ſed ipſe hic locus noſter nihil caeterum complecti videtur, niſi vt declaret, quis ſit ſtatus venarum poſt vſtionem peractam.

l) *τεταται --- σφυζει*] Ita in *libro de morb.* III. in. *και φλεβες τετανται και σφυζουσι.*

m) *αναφυσωνται --- φαινονται*] Scilicet *ουλαι*, ita enim recentium fere cicatricum conditio eſſe ſolet.

CAP. IV.

Pergit auctor ad deſcribendam palpebrarum raſuram, quam capite II. commendauerat. Vix vllum forte caput librorum Hippocraticorum celebratius vmquam fuit, quam hoc, in quo explicando cum maxime occupamur, poſtquam hanc oculorum ſcarificationem in vſum nouum reduxerat famoſiſſimus ille IOANNES THOMAS WOOLHOVSIVS, ſibi fere ſoli ſeruans eandem tamquam ſingulare arcanum, vsque dum diſcipuli eius quidam ingenui et publicae vtilitatis ſtudioſi, IO. HENRICVS HAMPE, BVRCHARDVS DAVID MAVCHART, IO. ZACHARIAS PLATNER, mirum illud praeceptoris arcanum reue-

laſſent. Ipſe vero interea WOOLHOVSIVS palam gratus profeſſus erat, ſeſe prima ſcarificationis oculorum veſtigia ac ſigna in hoc ipſo libelli noſtri capite deprehendiſſe, licet adeo abſcondita et caliginoſa quaſi nocte, per ignaros aut negligentes interpretes, circumfuſa, vt gloriari quidem poſſet, ſeſe poſt tot elapſa interim ſaecula omnium primum et ſolum omnino fuiſſe, qui loci huius Hippocratici obſcuriſſimi iuxta et difficillimi verum ſenſum intus latentem vnice perſpexerit. Confer omnino DAN. WILH. TRILLERI. exercitationes *de ſcarificatione et vſtione oculorum ab Hippocrate deſcripta*, et *de ſcarificationis oculorum hiſtoria, antiquitate, et origine*, (in *Opuſc.* Tom. I. p. 463. ſs. et 485. ſs.) Noſtris denique temporibus merito methodus iſta crudelis et inepta plane obſoluit.

a) *ξυης*] Vulgo quidem *το ξυειν* denotat radere, ſcabere, fricare; hic vero cruentam raſuram intelligi debere, non ſolum inſequentia verba, ſed et HESYCHIVS teſtantur, qui *το σκαριφασθαι* per *το ξυειν* explicat. PLATNERVS. (in *Opuſc.* Tom. I. p. 48. ſ.)

b) Μιλησιῳ] Lana Mileſia nomen habet a Mileto, Ioniae vrbe, de qua vide STRABONEM (in libro XIV.) quare etiam FOESIVS (in *oecon. ſ. v.* Μηλησιον) exiſtimat, non Μηλησιῳ, ſed Μιλησιῳ, *απο* Μιλητου, ſcribendum eſſe. Lanam Mileſiam inter molliores et optimas locum habuiſſe, varia a FOESIO ex HIPPOCRATE allegata loca, nec non PLINIVS (lib. VIII. cap. 48.) et COLVMELLA (lib. VII. cap. 2.) teſtantur. PLATNERVS (*l. c.* p. 56.)

c) *ουλῳ*] Criſpam enim lanam teneſrimam eſſe, norunt artis lanificae docti: quare et hanc praeferre videtur Hippocrates. PLATNERVS (*l. c.* p. 56.)

p. 56.) Quodsi mollem et teneram lanam hic intelligere malis, non erraueris: ουλον enim τρυφερον και απαλον interpretatur HESYCHIVS, et EROTIANVS ουλω εριω apud Hippocratem exponit τω μαλακω. Neque ego quidem contradicam, si cui lana compacta magis hic placuerit, cum HESYCHIVS ουλον explicet συνεστραμμενον, PLVTARCHVS (*de garrul.*) ουλα et συνεστραμμενα pro synonymis habeat, et *Scholiastes* denique ARISTOPHANIS (in *Ran.* IV. 2.) vocem ουλον a verbo ειλειν, coarctare, in angustum cogere, deriuet.

d) ατρακτον] Quaesiuit in hac voce WOOLHOVSIVS instrumentum, quo ad radendas palpebras quondam vsus fuerit Hippocrates. Eam igitur non tam per *fusum*, vt hactenus omnes fecerant Hippocratis interpretes, quam potius per *carduum* seu *herbam quandam spinosam et aculeatam*, reddendam esse censuit. Ατρακτον nempe Hippocrati hic idem esse statuit, quam ατρακτυλιδα, hoc est, cnicum siluestrem seu carduum vulgarem aut carthamum siluestrem, foliis non nihil aculeatis hinc inde armatam et capitulo spinis spiculisque cristato horridam: idque tanto magis, quod rusticas olim mulieres ex huius atractylidis scapo longo laeuique fusos ac colos sibi confecisse constet; adeo, vt hinc perquam probabile videatur, ατρακτον atque ατρακτυλιδα synonyma quasi esse atque inde promiscue vsurpari posse, sicut hoc quidem loco fecerit ipse Hippocrates, quum scilicet ατρακτον scriberet et tamen την ατρακτυλιδα intelligeret, quam nimirum isti subtiliori oculorum scarificationi felicius peragendae longe tutius commodiusque conuenire crederet, quam quidem rudem illum durumque fusum,

ſum, vt vulgo legitur et explicatur. Quare et carduum illum aculeatum lanis Mileſiis, criſpis, molliſſimis, inuoluendum perquam prudenter hic praeceperit Hippocrates, ne ſcilicet rigida ipſius ſpicula altius, quam par aut neceſſe eſſet, inuerſis palpebris infigerentur, neue ipſa ſcarificationem iſtam adminiſtrantis manus iisdem vulneraretur. Praeterea vel in ipſo Hippocrate vnum ſingularem plane atque eximium inuenit locum, ex quo manifeſtiſſime patere credidit, ατρακτον apud ipſum idem rurſus ſignificare, ac ατρακτυλιδα: iſte vero locus, omnia ſcilicet probaturus et confirmaturus, legitur *lib.* V. *de morb. epidem.* vbi de muliere quadam ſermo habetur, quae manu in naturam famulae cuiusdam, animi defectionem paſſae, immiſſa extraxerit lapidem aſperum, ὅσον σπονδυλον ατρακτου, hoc eſt, ad magnitudinem capitis cardui ſatiui ſeu ατρακτυλιδος, non vero verticilli fuſi, vti ex WOOLHOVSII ſententia hactenus omnes perperam latine reddiderunt interpretes. Refutauit iſtam viri ingenioſi opinionem TRILLERVS his fere iisdemque grauiſſimis argumentis: 1) quod nondum probatum nec vmquam probandum ſit, ατρακτον apud vllum auctorem Graecum idem eſſe aut eſſe poſſe, ac ατρακτυλιδα; 2) quod claris illis et perſpicuis per ſe verbis, ex *libro* V. *de morb. epidem.* ſupra productis, nulla plane ſubſit neceſſitas, quae nos cogat, ſenſum του σπονδυλου του ατρακτου, pro fuſi verticillo, vulgarem, receptum, et huic quidem loco adprime conuenientem, ſine vlla ratione relinquere et e contrario alium, plane nouum, longe remotiorem, adhuc valde ambiguum, nondum probatum, nec vmquam probandum, de capitulo nempe cardui ſilueſtris aculeato, ex ſolo inani nouita-

uitatis ſtudio temere adſciſcere nos impellat; 3) quod non omnes olim fuſi ſiue ατρακτοι ex atractylide fuerint confecti, ſed ii tantum, quibus viliores ac pauperiores foeminae agreſtes vterentur, beatiorum contra ac nobiliorum matronarum coli fuſique ex buxo, cedro, ebeno, cupreſſo, citro, aliaque pretioſiore materie, imo auro atque argento, fuerint parati; 4) quod verba mox ſequentia: μη διακαυσῃς προς τον χονδρον, in ipſam ſcarificationem minime conueniant. --- Non tam in hoc quidem loco, pergit TRILLERVS, ſcarificationem ſolam oculorum deſcripſit Hippocrates, quam potius eorundem vſtionem; neque etiam inſtrumentum nobis vllum indicauit, quo ipſo ſcarificatio iſta perageretur, ſed quo potius ipſa vſtio perficeretur, nempe καυτηριον οφθαλμικον, vt verba capitis ſecundi: επικαιων ενδοθεν μη διαφανεσι, noſtrique ipſius capitis: μη διακαυσῃς προς τον χονδρον, et υϛερον δε το της καυσιος, atque capitis tandem quinti: το βλεφαρον επικαυσαι μη διαφανεσι, manifeſtiſſime oſtendunt. Igitur ατρακτος in hoc Hippocratis loco ſignificat potius certam quandam cauterii, lignei forte, ſpeciem, qua in vrendis palpebris aliisque delicatioribus corporis partibus vſi olim forſan fuerint veteres chirurgi. Nempe ατρακτον idem interdum eſſe, ac cauterem ſeu inſtrumentum cauterium, ex HIPPOCRATICO *de intern. adfect.* libro manifeſtiſſime conſtat, vbi de difficili et moleſto morbo hepatico, tandem per ignes et cauteria expugnando, ſermo habetur, his quidem verbis luculentiſſimis: Καυσαι δε εν πυξινοισιν ατρακτοισι, βαπτων ες ελαιον ζεον. Τους ατρακτους enim hoc quidem in loco non vulgares muliercularum fuſos ſignificare poſſe, quibus quippe hic nullus plane eſſe

esse potest locus, sed potius per instrumenta quaedam chirurgica adurentia, siue cauteria reddi debere, cuiuis, credo, a partium studio alieno ac praeiudicatis opinionibus libero, illico manifestissime adparebit. Forsan καυτηρια λεπτα πυρηνοειδη, quae in eundem vsum commendat PAVLVS *Aegineta*, (*lib.* VI. cap. 47.) eadem sunt, ac isti quidem ατρακτοι πυξινοι. Accedit, quod ex quibusdam PAVLI *Aeginetae*, AETII, et CAELII AVRELIANI locis liquido adparet, radices aristolochiae longae, item struthii, seu lanariae, aliarumque plantarum, oleo feruenti prius intinctas, vicem olim mitiorum cauteriorum pariter praestitisse, quemadmodum hic buxea instrumenta, oleo etiam feruido imbuta, cauterii blandioris vsum praebuisse traditum fuit ab Hippocrate nostro. Forte autem hic per hos ipsos πυξινους ατρακτους intellexerit Hippocrates illas ipsas etiam aristolochiae longae radices, in cauteriis vsum adhibitas, quum eas interne πυξοειδεις seu buxeo colore praeditas esse manifesto scribat DIOSCORIDES (*lib.* III. *cap.* 5.) πυξινον autem idem saepe esse, ac colore buxeo tinctum, ex lexicis notissimum. Illud ideo ex his certum esse arbitror ac manifestum, auctorem scarificatis modo palpebris mox adplicuisse cauteria, non ferrea quidem candentia, vt clarissime patet ex iis, quae *capite altero* et *quinto* monuit, ενδοθεν επικαιειν μη διαφανεσιν et βλεφαρον επικαυσαι μη διαφανεσιν, sed lignea potius calentia, mitiora, ex solida et ignis patientiore buxo, alioue duriore ligno, aut radice crassiore ac tenaciore, parata, istaque maioris prouidentiae et diligentioris cautionis causa, ne nimis vehementer scilicet adurerent ipsas teneras et sensiles admodum palpebras, lana Milesia, crispa, pura, prius

 curio-

curiose circumuoluisse. Hactenus TRILLERVS (*l. c.* p. 463. ss.) Quodsi ex meis aliquid hisce addere liceat, credere malim, scarificationem simul cum vstione, neque hanc, vt TRILLERI quidem sententia est, post illam, fuisse peractam, dum nempe raderet lana crispa cauterque vreret. Sed video hanc sententiam a PLATNERO (in *Opuscul. Tom.* I. p. 56.) reiectam, quippe qui: "partium, inquit, quamuis teneriorum, cruentam sectionem mediante lana, re adeo molli, exercere forte idem esset, ac si aquam ex pumice extorqueremus." Pace tamen viri dignissimi lanam crispam, circumuolutam circa instrumentum quoddam durius, quo fortius simul premendi oculos inter radendum potestas data est, ipsum omnino sanguinem elicere posse, mihi quidem videtur certissimum.

e) σεφανην του οφθαλμου] Hoc nomine et corneam transparentem et tarsum palpebrarum notarunt veteres, quod, vt alios taceam, ex GALENO (*de anat. viuor. de vsu part. lib.* X. *cap.* 2. *de meth. med. lib.* XIV. *cap.* 19. et in *introd. s. medico cap.* 15.) et RVFO *Ephesio* (*de corp. hum. part. adpell.*) adparet. Hoc quidem loco tarsum indicari, contra MAVCHARTVM (in HALLERI *diss. chir.* Tom. I. p. 321.) alteri priori sententiae fauentem, verba mox sequentia: μη διακαυσης προς τον χονδρον, satis perspicue ostendunt. Ita infra (*cap.* V.) φυλασσομενος, inquit, την φυσιν των τριχων.

f) φυλασσομενος] Sic HIPPOCRATES (*de loc. in hom.*) φυλασσομενος, μη εμετον ποιησης: et (*de haemorrh.*) φυλασσομενος, ὡς μη ἁψη τῳ σιδηρῳ: iterumque (in *libro de morb.* II.) φυλασσομενος, μη κατακαυσῃ την φαρυγγα: *ibidem* denique φυλασσομενος, ὁπως μη κατακαιεται, et alibi.

g) δια-

g) διακαυσης] Fuere, qui verba haec metaphorico ſenſu accipienda putarent, quatenus nimia iſthaec laceratio exquiſitum quaſi vſtionis ſenſum inferat. Neque vero quidquam in his moliendum neque molliendum: ſed ſenſu potius conſueto, obuio, et vſitato accipienda et interpretanda, praecipue, quum eodem ſemper verbo alibi vtatur HIPPOCRATES, vbi de vſtionibus per cauteria factis loquitur, vt *de intern. adfect.* libro: μετα φυλακης πολλης και τηρησιος, όκως μη περην διακαυσης, et libro *de artic.* όταν δε διακαυσης ες το περην, et alibi ſaepiſſime. TRILLERVS (*l. c.* p. 476.)

h) Σημειον] Qui plus ſimplici vice oculos huic chirurgiae ſubiecerunt, norunt, ex iis --- ab initio cruorem exprimi, qui in aëre ſtatim in tenacius coagulum mutatur, paulo poſt ſanguinem ſincerum, magis rutilantem, et tandem, continuata ſcarificatione, aquoſum, effluere. Propterea vero hucusque continuanda eſt haec ſanguinis miſſio, quia humores ſtagnantes et in palpebris coaceruati, niſi omnes ac debite eliciantur, nouae inflammationi, accedente irritatione, occaſionem praebent et ignem igni addunt. Haec enim cauſa eſt, cur haec chirurgia non, niſi repetita, ſperatum leuamen adferre ſoleat. Sanguinis enim mutatio optimum ſignum eſt, morbum decreſcere atque curatum iri. PLATNERVS (*Opuſc. Tom.* I. p. 60. ſ.) quem tamen, exemplum WOOLHOVSII praeceptoris ſecutum, de ſcarificatione oculorum, contra ophthalmiam peragenda, hic locutum eſſe, meminiſſe iuuabit.

i) των ὑγρων] Conf. infra ſub *cap.* IX. *not.* o.)

k) ἀνθος χαλκου] Hoc nomen veteres tenui illi puluillo, qui ex aere fuso et candente excutitur et per auras dispergitur, quando ipsi aeri frigidior repente accedit vel quando frigida conspergitur, tribuerunt. Vide DIOSCORIDEM, (*de mat. med. lib.* V. *cap.* 88.) PLINIVM, (lib. XXXIV. cap. 11.) SALMASIVM, (*in Solin.* p. 759.) et GE. FABRICII *obseruat. de reb. metall.* (in *collect.* CONR. GESNERI *anno* 1565. *edit.* p. 15.) PLATNER. Confer sis CORRAEVM (in *definit. med.* s. h. v.)

